

- 10 Primò quia causa pupilli, maxime supposita perhorreientia, apud Principem cognoscenda est, vulgata leg. unica, vers. Quasi pupilli, C. Quando Imperator inter pupillos, ubi in specie Badius num. 2. cap. Regum. 2. 2. quest. 5. Ideoque utis inolevit, ut causa hujusmodi in Rota committantur, ut apud Caputaq. disp. 1. n. 3. de jurejur. & Put. disp. 3. lib. 3.
- 11 Secundo, quia cum agatur de interpretatione litterarum Apostolicarum, quibus Clemens VIII. dispensavit inter patrem, & matrem Oratricis, ut legitur in commissione, causa apud Sedem tractari debet, ut est textus in cap. Cum venissent, de jud. cis. S. Congregatio autem alias animadvertit manum Papae requiri ubi advocat causa, quae non debet in Curia tractari: at verò in iis, quae in Curia tractari debent, qualis est praesens causa, dixit sufficere signaturam Justitiae; ideoque e esse, ut cum causa a signatura Justitiae in Curia committuntur, in litteris generaliter exprimat causam esse talem, quae juxta Canonicae sanctiones in Curia tractari debeant, quae justitiam significari Praetor signatura Justitiae, quod fuit diligenter observatum in commissione, de qua agitur.

DE FORO COMPETENTI:

Cap. Significasti.

S Y M M A R I V M.

- 1 Clericus sine diaecani licentia non potest se submittere jurisdictioni non sui judicis.
- 2 Abbas an habeat jurisdictionem Ordinariam de jure communi, qua prorogari possit etiam per clericos seculares. & num. seq. usque ad num. 11.
- 3 Jurisdictionis, verbum intelligitur de ordinaria.
- 4 Dominium in dubio intelligitur de directo, non de utili.
- 5 Prorogatio cadit super simili specie jurisdictionis, qua prorogatur.
- 6 Prorogatio jurisdictionis potest fieri etiam in causis spiritualibus, si iudex alias possit de illis cognoscere.
- 7 Prorogari non potest de persona ad personam jurisdictioni limitata.
- 8 Declaratur. n. 9. & n. 14.
- 9 Jurisdictio eius, qui praest Collegio, est prorogabilis.
- 10 Prorogatio potest jurisdictioni ordinaria competens alicui de consuetudine, vel alio jure speciali.
- 11 Prorogatio jurisdictionis ut fieri possit a clerico, qua requirantur, & n. seq. usque ad n. 18.
- 12 Prorogatio jurisdictionis iudici non sui an inducatur ex tacito consensu partium.
- 13 Laicus potest prorogare jurisdictionem iudicis alieni meriam sine consensu iudicis proprii: Clericum autem non potest, & cur. & n. 37.
- 14 Prorogatio jurisdictionis fieri non potest nisi in iudicem ordinarium.
- 15 Jurisdictio delegata non est prorogabilis de persona ad personam, sed bene de re ad rem.

- 16 Prorogare non potest clericus jurisdictionem iudicis laici etiam de diaecani consensu.
- 17 Nisi in causis mere civilibus.
- 18 Prorogatio jurisdictionis, & delegatio in quibus differant. & n. seq. usque ad n. 23.
- 19 Episcopus an potest clericum inivum submittere jurisdictioni alterius Episcopi. & n. 30.
- 20 In prorogantibus jurisdictionis iudicis praesentis, & acceptantibus non est locus poenitentiae.
- 21 Appellatur a sententia iudicis ex prorogatione jurisdictionis ad illius superiorem.
- 22 Intellectus l. Episcopale, C. de Episc. audien.
- 23 Auditor Camere an possit cognoscere, & terminare in prima instantia causam criminalem clerici Episcopo subiecti de ipsius Episcopi consensu. & n. seq. usque in fin.
- 24 Prorogatio jurisdictionis potest fieri etiam in criminalibus ubi proceditur per viam accusationis. & n. 32.
- 25 Et quid si procedatur per viam inquisitionis. Ad prorogationem jurisdictionis sufficit consensus illius, de cuius praedictio agitur, ibid.
- 26 Jurisdictio a Concilio Tridentino Ordinariis tributa in prima instantia censetur alys adempta.
- 27 Jurisdictio acquiritur devolutione, delegatione, & prorogatione.
- 28 Devolutio jurisdictionis in prima instantia non fit ad Legatos, & alios quoscumque vigore facultatum, nisi Episcopo prius requisito, & negligente, & n. 33.
- 29 Episcopus non potest causam committere extra diaecim, nisi & litigantes consentiant, & n. 31.
- 30 Causa etiam criminales ad forum Ecclesiasticum pertinentes in prima instantia cognosci debent coram Ordinario loci, & non coram alio, nisi de ipsius Ordinarij, & partium consensu.
- 31 Legati, & Nuntij possunt procedere in prima instantia Episcopo requisito, & negligente, non autem consentiente.
- 32 Negligentiam debet precedere monitio ut sit locus devolutionis.
- 33 Et an debeat esse trina, vel sufficit unica.
- 34 Archiepiscopus potest cognoscere causa subditorum Suffraganei in prima instantia negligente, non autem consentiente Episcopo.
- 35 Laicus in causa spirituali an possit prorogare jurisdictionem iudicis non sui.

SIGNIFICASTI. Clericus sine diaecanilicentia non potest se submittere jurisdictioni non sui judicis: vel plenius, Quamvis laicus possit jurisdictionem non sui judicis prorogare; Clerici tamen non possunt, nisi prorogatio fiat de diaecani consensu, & in iudicem ecclesiasticum. Hoc dicit. Communis divisio. Secunda ibi, Inquisitioni.

1 Nota primò ibi, se sua jurisdictioni subiectis: junctà supracriptione, Abbatem habere jurisdictionem ordinariam in foro contentioso, quae potest prorogari etiam per clericos seculares.

2 Nam verbum jurisdictionis, hic positum de ordinaria intelligitur, alias non esset prorogabilis, ut l. 1. ff. de iudic. ibi, (Qui tribunali praest, vel alias jurisdictionem habet: scilicet ordinariam.) Et est simile in dominio, quod in dubio intelligitur de directo, non de utili, ut l. 1. ff. de

ager vectigali, & tenet Bart. cons. 243. Fuit quidam, num. 3. circa medium, vers. Nam ubi de dominis, lib. 1. & Cardin. hic in l. not. sic etiam excommunicatio impliciter lata intelligitur de majori, ut cap. Si quem, infra de her. excommuni. Vocabula enim in potiori significata sunt accipienda, ut Inst. de iur. nat. §. Sed jus quidem civile, in fin. Verum Hostiens. intelligit hunc Abbatem habuisse jurisdictionem ordinariam de consuetudine, cum inferior de jure communi non habeat contentiosam, cap. Quanto, de offic. Ordm. & cum eo traniebat hic Joann. Andr. num. 1. & Butr. in l. not. & est verior. & magis communis opinio, ut dixi in l. cap. Hic qua, num. 36. supra de major. & obed. Atque ita Host. videtur sentire seculsa consuetudine jurisdictionem Abbatis non esse prorogabilem, quod apertius firmat Petr. de Anchar. num. 1. ea ratione, quia licet Abbas habeat jurisdictionem super monachos quoad correctionem; tamen quoad extraneas personas, & de causa, quae non cadit sub eadem specie, & qualitate jurisdictionis, non videtur posse cognoscere per modum jurisdictionis prorogatae: quia prorogatio proprie cadit sub simili specie jurisdictionis, quae prorogatur, & non quoad aliam dissimilem, ut notatur in l. a. C. de iurisdic. omni. iudic. & per Cyn. in l. Testamenta, in princ. C. de testam. ubi argumento illius legis dicit illam demum jurisdictionem posse in alium iudicem prorogari, quam ille iudex habet in suos subditos; & ideo si quis esset deputatus tantum ad maleficia, non posset quis illius jurisdictionem prorogare ad causas civiles, & sic de similibus. Idem notat Bart. in l. Inter convenientes, num. 1. ff. Ad municipal. dicens prorogationem fieri debere in his, quae sunt ejusdem speciei; ideoque jurisdictionem in causis pecuniariis prorogari non posse ad causas meri, vel mixti Imperii; & hanc esse communem conclusionem testatur Abb. in cap. P. & G. nu. 1. §. vers. Vemo ad sextam, de offic. deleg. & sequitur Rota apud Cardin. Seraphin. dicta 436. num. 3. Et quamvis prorogatio fieri possit etiam de causis spiritualibus; oportet tamen ut iudex sit talis, qui alias possit de illis cognoscere, ut notat Innoc. in cap. De causis, num. 3. & 4. de offic. delegat. Facit quod notat Cynus in l. 1. num. 2. vers. Praeterea est aliaratio, C. de iurisdic. omni. iudic. ubi dicit jurisdictionem limitatam nec de jure civili, nec de jure canonico posse prorogari de persona ad personam. Contrariam opinionem sustinet Abb. hic in primo notab. ubi dicit intellectum Hostien. esse divinativum, quia textus nullibi facit mentionem de consuetudine; ideoque potius probat conclusionem, ut Abbas habeat jurisdictionem de jure communi, & licet prorogabilem per clericos seculares: & merito, quia Abbas praest Collegio, & habet in suos monachos jurisdictionem ordinariam in causis tam civilibus, quam criminalibus, non tantum per viam correctionis, sed etiam in forma iudicii, praeterquam si agatur de actuali degradatione, secundum opinionem, quam latissimè tueretur Joan. de Lignano in Clem. Ne in agro, de statu Monachor. & idem Abb. in cap. Cum contingat, supra eodem num. 2. 1. & seq. praesertim num. 29. vers. Et in ista ego distinguo. Quae opinio hodie videtur ferè indubitabilis, quia Regulares nec ratione deli-

ti commissi, nec contracti initi, nec rei facti in territorio Episcopi forciuntur forum illius, ut plene probavi in cap. Tuorum, infra de privileg. a num. 1. o. iugue in fin. & praesertim a num. 32. usque ad num. 45. ubi hoc deduxi ex compluribus Tridentini Concilij Decretis. Quomobrem cum tota jurisdictione ordinata sit penes Abbates, & Praelatos Regulares in suos subditos, non videtur ambigendum quominus illa sit prorogabilis etiam ad clericos seculares, ut hic. Atque ita non obstat quòd secundum Anchar. & alios praecitatos prorogatio non cadat, nisi super simili specie jurisdictionis. Quoniam responderet jurisdictionem Abbatis esse consimilem, cum sit ordinaria, & contentiosa, ut praedixi. Et quamvis sit restricta ad Monachos, & conversos sui monasterii; tamen hoc non impedit, quin per viam prorogationis extendi possit ad clericos sibi non subditos, quos illius jurisdictioni se submitunt de consensu Episcopi diaecani, ut hic patet: & in l. 1. ibi, iudicandi potestatem inter certas habeat personas. C. de iurisd. omni. iudic. & notat gloff. & Bar. in l. 1. num. 8. ff. de iudic. ubi per illam l. Secundam unam lecturam dicunt jurisdictionem ejus, qui praest Collegio, esse prorogabilem: & sequitur hic Abb. num. 2. & Marian. Socin. num. 23. Nec advertitur auctoritas Cyni in d. l. 1. num. 2. C. de iurisdic. omni. iudic. quia loquitur in jurisdictione delegata, quae non est prorogabilis ad alias personas, cap. P. & G. supra de offic. delegat. & latius dicam infra, numer. 14.

10 Conclusio tamen Hostiensis quòd jurisdictioni ordinaria competens alicui de consuetudine, vel alio jure speciali prorogari possit, est in se vera, licet non probetur hic: nam jura, quae loquuntur de prorogatione, non distinguunt, an jurisdictione competat de jure communi, vel de jure speciali, sed simpliciter requirunt, ut ille, de cuius prorogatione agitur, jurisdictionem habeat, ut in l. 1. ff. de iudic. & hic. Neque hanc conclusionem impugnat Abb. ut per Marian. Socin. num. 23.

11 Secundo nota ex textu quomodo requirita ad hoc ut Clericus possit prorogare jurisdictionem alterius judicis. Primò enim requiritur, ut prorogatio fiat de utriusque partis consensu, prout hic facta fuit a clerico ad petitionem mercatoris, qui pecuniam illi mutua verat. Concordat textus in cap. 1. in illis verbis, Quos utraque pars voluerit, supra eodem, & ibi dixi in ult. notab. ubi allegat Innocentium in cap. Cum venissent, num. 8. in ver. Inhibitione, de in integr. restitut. qui tamen non firmat. Idem notat Decius in cap. Pastor alius, num. 1. de exceptionibus, quos refert, & sequitur Rota apud Cardin. Seraphin. dicta 439. num. 3. Et est communis opinio, quam late profertur, & ab objectis tueretur Marian. Socin. hic in 6. princ. articulo num. 37. Advertet tamen, quia ex sola patientia procedendi tacitus consensus non inducitur, nec prorogatio jurisdictionis, sed exigitur actus positivus. Textus est in cap. Ad petitionem, infra de accus. immò nec compartio cum taciturnitate inducit prorogationem iudicis non sui, ut tenet Joann. Andr. in

reg. Scienti, de reg. jur. lib. 6. in Mercurial. Secus si citatus compareat, & respondat; quia cum sciat eum non esse suum iudicem competentem, ex hoc videtur in ipsum consentire, & illius jurisdictionem prorogare, ut probat gloss. sing. juncto textu in l. 1. in ver. nichoata, C. ubi de crim. agi oportet. & declarat Marianus Socin, loco citato.

13 Secundo requiritur, ut prorogatio fiat de diceciani consensu, vel licentia, ut patet ex hac littera, ibi, & Episcopi diceciani voluntas accedat. Neque hoc est jus novum, sed antiquum, ut in Auth. Ut Clerici apud propr. Episcop. §. si vero Eccllesiasticum, coll. 6. in Auth. de sanctiss. Episcop. §. Iconomos, C. de Episcopali, C. de Episcopali, audien. & in cap. Non liceat, 3. quest. 6. secundum Holtienf. hic num. 2. in ver. Episcopi diceciani. Et in hoc nota differentiam inter Laicos, & Clericos: nam Laici possunt prorogare jurisdictionem iudicis alieni absque consensu iudicis proprii, ut patet, ex textu ibi, privatorum consensu eam, qui iurisdictione prae se agnoscitur, suam possit iudicem constitere, & in l. 1. in ver. Privatorum, C. de iurisdic. omnium iudic. hic allegat in glossa 1. sed an hoc sit verum, indistincte notat Butr. in l. 1. §. Et post opera, ff. de nov. oper. nuc. Petrus de Anchar. in cap. 1. num. 3. supra eodem, & Felin. hic num. 1. 2. & 3. ad quos recurrit. In Clericis vero exigitur diceciani consensus, ut dixi. Et et ratio differentiae secundum Holtienf. num. 3. quia Clericus est magis adstrictus ad obediendum, quam Laicus. Et quia spiritualis iurisdic. dignior, & fortior, seu nobilior est, quam temporalis, cap. Inter corporalia, de transit. Ep. sup. De quibus tamen rationibus vide Felinum hic, post princ. vers. Rationes de iurisdictione: Sufficit autem simplex consensus Episcopi; nam formalis delegatio non exigitur, ut notat Innocent. in cap. 1. in fin. supra eodem.

14 Tercio requiritur, ut prorogatio fiat in eum, qui alias iurisdictioni praestitit: nam in privatum prorogatio fieri non potest, ut patet in textu ibi, qui iurisdictioni prae se agnoscitur, & in l. 1. ff. de iudicis, & in l. 1. C. de iurisdic. omnium iudic. & de iurisdictione, id est ordinariae: nam iurisdictione delegata ad alias personas non est prorogabilis, ut cap. P. & G. de offic. deleg. & notant hic Abb. Antiqui, num. 1. in ver. iurisdictioni, & Holt. num. 2. cum quibus caeteri transeunt, & Cynus in d. l. 1. num. 2. C. de iurisdic. omnium iudic. Licet secus sit in prorogatione, quae fit de re ad rem secundum communem conclusionem, de qua restatur Card. Seraphin. de off. 4. 39. n. 1.

16 Quarto requiritur, ut prorogatio fiat in iudicem Eccllesiasticum, ut patet ibi, Nisi forte sit persona Eccllesiastica: nam in iudicem laicum Clerici consentire, aut illius jurisdictionem prorogare nequeunt, etiam si diceciani consensus, & proprium iuramentum intercedat, ut est textus in cap. si diligenti, supra eod. & notat gloss. 2. hic

17 communiter approbatur, nisi forte in causis merè civilibus, ut notat gloss. 2. in cap. Decernimus, supra de iudic. & dixi in cap. Nullus, num. 10. supra eodem. Alii requirunt ad prorogationem re. consentent hic Holt. num. 2. Joan. Andr. num. 8. & plenius Marianus Socin, in 3. principat articulo à num. 37.

18 QUÆRO, quæ sint differentie inter prorogationem jurisdictionis, & delegationem.

Respondet esse multas, Differunt enim primò, quia prorogatio fit à partibus, ut hic, & in cap. 1. supra eodem, & l. 1. C. de iurisdic. omnium iudic. Delegatio vero, seu commissio fit ab eo, qui iudicis, seu jurisdictioni praestitit, ut l. 1. & l. 3. ff. de iurisdic. omnium iudic. cum simili. sive fit Princeps, sive Ordinaris, sive Delegatus, cum distinctione tamen: quam ponit Holt. in summa de offic. deleg. §. Quis delegare possit. Differunt secundo, quia prorogatio non confert jurisdictionem non habenti, sed prorogat, seu extendit jurisdictionem iudicis non sui ad personas prorogantes, quæ illi se voluntarie subiciunt, ut patet in textu ibi, qui iurisdictioni prae se agnoscitur, & notat Abbas Antiqui, hic in ver. iudicem, & Abb. Siculus in cap. Causam que, num. 2. de sent. & re iudic. Delegatio vero confert jurisdictionem etiam non habenti, ut cap. Præterea, supra de offic. deleg. & cap. Statutum, de rescript. lib. 6. & hinc resultat tertia differentia, quia prorogatio in privatum fieri non potest, ut dictum est supra in tertio requisito, num. 14. Delegatio secus, ut in iudicis proxime citatis. Differunt quarto, quia prorogatio non potest fieri nisi utraque pars consentiat, ut dixi supra in primo requisito ad prorogationem num. 11. ad commissio, seu delegatio non exigit consentium partium, sed Episcopus solus dat iudices, ut cap. Super questionum, §. Quem vero, & §. fin. de offic. delegat. & quod dicitur in cap. 1. supra eodem, ibi, quousque pars voluerit, vel intelligitur de prorogatione; vel hi intelligatur de commissione, est de consilio ne iudex datus possit recusari, sed tamen commissio valet etiam partibus non consentientibus, dummodo fiat salvo iure iurisdictionis, ut ibi dixi in ultimo notabili, post Joann. Andr. in fin. & Butr. num. 6. ubi etiam ponit consuetudinem Romanæ Curie. Et hanc differentiam ponit hic Holtienf. num. 2. in ver. Valui ut, ubi ait, Episcopum me invito posse causam meam delegare personæ Eccllesiasticæ non suspente, ut cap. si quis contra, supra eodem, & cap. Cum spectat, infra de appellat. sed me invito non potest submittere jurisdictioni alicujus Ordinarii; sicut nec ego sine voluntate sua possum in alium Ordinarium consentire, ut patet hic. Et paulò infra dicit regulare esse, ut Prælati non possit subditum suum submittere alii invito, nec subditus se submittere Prælati invito, allegat cap. Cum non liceat, de prescript. & l. 1. C. de novat. & sequitur Joann. Andr. num. 1. Et hinc oritur quinto differentia, quia quando aliqui prorogant jurisdictionem iudicis non sui praesentis, & acceptantis, non habet locum penitentia, neque hoc casu est locus l. si convenit, ff. de iurisdic. omnium iudic. ut in cap. 1. supra de iudic. secundum unam lecturam, quam ibi tenet Anton. de Butr. & est gloss. Ordin. in l. 1. in 1. gloss. ff. de iudic. Et hanc regulam ponunt Guid. de Cimeo, & Bald. in l. 1. C. eodem tit. Unde eo casu iudex nec potest à partibus recusari, ex quo in eum praesentem, & acceptantem consenserunt, nisi nova causa superveniat, arg. in fin. ante, de offic. delegat. sed iudex datus sine consensu partium bene potest recusari, cap. Postremo, & cap. Super questionum, §. fin. eodem tit. & sentunt in cap. 1. supra

19 Secundo QUÆRO, an obstat Decretum Concilii cap. 20. sess. 24. quominus causa criminalis contra Clericum Episcopo subditum possit in prima instantia de Episcopi consensu ab Auditore Cameræ cognosci, & terminari. Videtur distingendum. Aut reus consensit; & tunc nulla subest difficultas, quin Concilio obstante possit huiusmodi causa ab Auditore Cameræ cognosci: Certum est enim Clericum de diceciani consensu posse iudicem Eccllesiasticum non sui jurisdictionem prorogare, ut hic est casus secundum Joann. Andr. & omnes in summa huius textus: & concordant iura supra citata num. 13. Quæ prorogatio cadit etiam in criminalibus, ut in l. 1. & ibi gloss. in ver. nichoata, & DD. notant, maxime Paul. de Castro, C. ubi de crim. agi oportet. & tenet Butr. in l. 1. num. 9. ff. de iudic. ubi dicit hanc esse veritatem, & Marian. Socin. hic in 5. artic. principal. quest. 19. num. 36. & est consensus Doctorum sententia teste Aretino in cap. Ad petitionem, n. 15. infra de accusat. Id quod absque dubio locum habet, quando proceditur per viam libelli accusationis. Et in hoc conveniunt omnes. Quando autem proceditur per viam inquisitionis formatae, multum tenent non esse locum prorogationi; quia prorogatio fieri debet de consensu utriusque partis, ut dictum est supra n. 11. In iudicio autem inquisitionis utraque pars non consentit: & hoc videtur tenere Innocentius in cap. Ad petitionem, n. 11. & firmant Bald. in dicto l. 1. ad fin. C. ubi de crim. agi oportet. Alexand. conf. 216. Ponderatio hic, num. 6. lib. 6. Sed contrarium concludit Aretinus in cap. 1. supra de iudic. ea ratione, quia ubi agitur de unius præiudicio, sufficit consensus illius, ut l. Nescimus, ff. de negot. gest. Idem tenet Salicet. in dict. l. 1. quos refert, & se

supra eodem, Joann. Andr. in fin. & Butr. n. 6. dum consulunt ut iudex detur ab Episcopo de partium consensu ad hoc ne possit recusari. Differunt sexto, quia à sententia iudicis ex prorogatione jurisdictionis appellatur ad superiorem eius, qui iudicavit, l. 1. C. ubi, & apud quem. Nec obstat textus in l. Episcopale, C. de Episcopali audien. ubi non appellatur à sententia iudicis ex prorogatione, quia ibi est speciale in Episcopo, cuius iurisdic. à laicis prorogatur, secundum intellectum valde notabilem, quem ponit Abb. in dicto cap. Causam que, n. 2. vers. Adverte tamen, ne decipiaris, & Felin. num. 1. de sent. & re iudic. Sed à delegato appellatur ad ipsum delegantem, d. c. Super questionum, & l. Papinianus, C. de appellat. & notat Calder. cons. 14. alibi 8. eodem tit. quod differentiam constituit hic Joann. Andr. n. 10. in fin. dicens: Aliud est delegare, aliud jurisdictionem prorogare. Unde in delegata appellatur ad delegantem, in ordinaria prorogata ad Superiorem. Differunt septimo, quia prorogatio à Clericis fieri non potest in iudicem laicum, etiam de consensu Episcopi, ut hic est textus in cap. si diligenti, supra eodem. Sed delegatio à Papa fieri potest etiam in laicum, cap. Menam, 2. q. 5. gloss. 2. in cap. Decernimus, supra de iudic. licet non ab Episcopo, ut hic in glossa 2. & dixi in cap. Nullus, n. 9. supra eod. post Holtienf. ibi n. 1. in ver. Pontificis, & Joan. Andr. n. 3. in eodem ver. nisi in causis merè civilibus, ut ibi subjunxi, n. 10.

23 Secundo QUÆRO, an obstat Decretum Concilii cap. 20. sess. 24. quominus causa criminalis contra Clericum Episcopo subditum possit in prima instantia de Episcopi consensu ab Auditore Cameræ cognosci, & terminari. Videtur distingendum. Aut reus consensit; & tunc nulla subest difficultas, quin Concilio obstante possit huiusmodi causa ab Auditore Cameræ cognosci: Certum est enim Clericum de diceciani consensu posse iudicem Eccllesiasticum non sui jurisdictionem prorogare, ut hic est casus secundum Joann. Andr. & omnes in summa huius textus: & concordant iura supra citata num. 13. Quæ prorogatio cadit etiam in criminalibus, ut in l. 1. & ibi gloss. in ver. nichoata, & DD. notant, maxime Paul. de Castro, C. ubi de crim. agi oportet. & tenet Butr. in l. 1. num. 9. ff. de iudic. ubi dicit hanc esse veritatem, & Marian. Socin. hic in 5. artic. principal. quest. 19. num. 36. & est consensus Doctorum sententia teste Aretino in cap. Ad petitionem, n. 15. infra de accusat. Id quod absque dubio locum habet, quando proceditur per viam libelli accusationis. Et in hoc conveniunt omnes. Quando autem proceditur per viam inquisitionis formatae, multum tenent non esse locum prorogationi; quia prorogatio fieri debet de consensu utriusque partis, ut dictum est supra n. 11. In iudicio autem inquisitionis utraque pars non consentit: & hoc videtur tenere Innocentius in cap. Ad petitionem, n. 11. & firmant Bald. in dicto l. 1. ad fin. C. ubi de crim. agi oportet. Alexand. conf. 216. Ponderatio hic, num. 6. lib. 6. Sed contrarium concludit Aretinus in cap. 1. supra de iudic. ea ratione, quia ubi agitur de unius præiudicio, sufficit consensus illius, ut l. Nescimus, ff. de negot. gest. Idem tenet Salicet. in dict. l. 1. quos refert, & se

26 quitur Felin. in cap. P. & G. num. 9. supra de offic. Delegat. quod satis placet. Aut reus non consentit; & tunc quatio est dubitabilis, in qua tamen videtur respondendo Concilium obflare, & causam ab Auditore Cameræ non posse cognosci. Cum enim hoc casu Auditor Cameræ non sit iudex competens; quia Concilium tribuit Ordinariis cognitionem causarum primæ instantiæ privative ad alios, eum loquatur per dictionem taxativam ibi, coram locorum Ordinariis dumtaxat, & c. quæ admittit ceteris jurisdictionem, Angel. in l. 1. C. ubi, & apud quem, 27 Felinus in cap. Passoratus, num. 2. in tertia limitatione: de offic. Ordinar. aperte constat ipsam Auditorem Cameræ, qui iure proprio hanc jurisdictionem non habet, non posse cognoscere, nisi per devolutionem, per delegationem, aut per prorogationem jurisdictionis, quorum nullum in hoc casu potest habere locum. Non devolutio, quia illa requirit formam à Concilio prescriptam d. cap. 20. in §. Legatus quique, Felinet ut Episcopus sit requisitus, & neg. exerit procedere, quod in dubio non supponitur. Non delegatio, tum quia hic non probatur intervenisse; tum quia Episcopus non potest extra propriam diceciam causas committere, nisi & litigantium consensus accedat, ut notat glossa 2. & ponit in cap. Ut litigantes de offic. Ordinar. lib. 6. quam ibi sequuntur Butr. num. 4. Anchar. num. 1. & alii communiter, Vanc. de nullitate, in tit. de nullit. sent. ex defectu iurisdictionis, num. 95. dixi in cap. Nonnulli, num. 3. supra de rescript. quod maxime procedit post Concilium Tridentinum, ut mox subijciam. Non poterit & hoc casu habere locum prorogatio; quia quoadmodum Clericus subditus Episcopi non potest sine eius consensu prorogare jurisdictionem iudicis Eccllesiastici non sui; ita nec Episcopus potest Clericum subditum suum invito subicere in aliqua causa jurisdictioni alterius iudicis Eccllesiastici, nisi subditus consentiat, ut in cap. 1. supra eodem, & hic, ubi sic firmat Holtienf. num. 2. in ver. Volunt, cum quo Joann. Andr. n. 11. Henric. Boich. Butr. Cardin. & alii transeunt, Iacò Marianus Socin. in tertio principat articulo in 7. q. num. 4. r. & abundè ostensum est supra n. 11. ubi numerantur requirita, quæ conjunctim concurrere debent, ut valide prorogetur iurisdic. iudicis incompetentis in causa Clerici, inter quæ est consensus partium, & Episcopi Diceciani. Hoc autem præcipue vendicari sibi locum post Decretum Concilii Tridentini in d. cap. 20. sess. 24. de causis in prima instantia distinguendis coram locorum Ordinariis, quod fuit editum non tantum in favorem eorumdem Ordinariorum, sed etiam litigantium, qui ut à laboribus, & expensis subleventur, extra proprias civitates, & Diceceses trahi non debent invito, arg. d. cap. Ut litigantes de offic. Ordinar. lib. 6. & cap. Statutum, §. Nullo quoz, de rescript. eodem in lib. Quamobrem huic favori non potest solus Episcopus renunciare causam in prima instantia extra Dicecesim committendo, quia beneficio in favorem duorum indulto unus renunciare non potest, altero invito, sed requiritur utriusque consensus, textus est in cap. Ad Apolliniam, infra de regular. ubi hanc theoreticam tradit gloss. in ver. Monasterij, Holt. num. 4. in fin. vers. Sed & ex hoc, & num. 8.

Butr. n. 3. & Abbas n. 10. Facit regula l. *Sabinus, ff. commun. dividim.* Unde iure optimo declaravit S. Congregatio Cardinalium ejusdem Concilii Interpretum in terminis d. cap. 20. non sufficere consensum solum Ordinarii sed requiri etiam consensum partium; ut causa ad Ordinarium spectans in prima instantia coram alio iudice extra Dioc. etiam cognosci possit. Et quantumvis hac decisio sit edita in causa civili, tamen obtinere debet etiam in causa criminali; tum quia Decretum illud loquitur de causis omnibus ad forum ecclesiasticum quomodocunque pertinentibus; & sic etiam de criminalibus, ut saepius fuit resolutum: tum quia in criminalibus eo magis necessarius debet esse consensus, quo gravior est causa criminalis, quam civilis, & majus praedictum ex criminali, quam ex civili generari potest, ut notatur in l. *fin. C. de Ordin. cogit.* Tum denique quia auctoritates id probantes superius relatae generaliter, & indistincte loquuntur, & de causis etiam criminalibus probatur in cap. 1. *supra eadem*, ponderando verbum illud, *negotium*, cujus appellatione venit causa tam civilis, quam criminalis, ut ibi notat Innocent. & Abb. Antiqui, in *prin.* Host. in *ver.* *Negotium*, & Joann. Andriani, in *2. cum praesertim* in prima compilatione Decretalium non habeatur verbum *actio*, sed *accusatio*, ut refertur ab Antonio Augustino in cap. 1. *hoc tit.* & de prorogatione etiam in causis criminalibus tenet expressè Archid. post Hugon. in cap. *Non liceat, n. 2. q. 7.*

33 Non obstat, quod Concilium d. cap. 20. voluerit Legatos, & Nuncios posse procedere contra Clericum, Episcopum requisito, eoque negligente; paria autem esse videantur, vel Episcopum requisitum negligere, vel consentire ut alius cognoscat: Respondetur enim Concilium id statuisse in casu negligentiae tantum, a qua non recedat inferitur ad casum consensu Episcopi. Primo, quia ut inret devolutio, negligentiam debet precedere monitio, & requisitio, tum ex verbis Concilii; tum ex dispositione juris communis, cap. *Irrefragabilis, §. excessus, supra de offic. Ordin.* cap. 1. *de supplen. neglig. Pralator.* & cap. 1. *eodem tit. lib. 6.* ubi DD. que requisitio cum exciter Episcopum ad officium suum obtinendum, merito si Episcopus negligat, in penam delicti habet locum devolutio, ut notat Franch. & alii in d. cap. 1. *de supplen. neglig. Pralator.* libro 6. Quae ratio non cadit in Episcopum consentiente, qui non delinquit, ideo tunc non habet locum abdicatio jurisdictionis, nisi accedat subditi consensus, ut de jure requiritur. Secundo, quia negligentia requirit tempus ad effectum devolutionis, eamque de jure communi debet precedere trina monitio, ut in iuribus proxime citatis; vel saltem unica monitio sufficit, si statim postea Episcopus denegat, se velle procedere, ut per Franch. in d. cap. 1. *lib. 6.* Ideoque non potest inferri ad simplicem consensum, qui cum momento ab Episcopo praestari possit, non tantum debet operari, quantum negligentia in abdicanda jurisdictione ab Ordinario, & trahendum eorum alio iudice. Tertio ab eo casu negligentia non posse inferri ad casum consensu Episcopi, inde aperte colligitur, quod etiam de jure communi Metropolitanus, qui alias non

erat iudex competens inter subditos suffraganeos in prima instantia, ut notatur in cap. *Pastoralis, de offic. Ordin.* in casu negligentiae Episcopi vigore devolutionis causas inter ejus subditos cognoscere poterat, ut per Felin. in d. cap. *Pastoralis, num. 6.* ubi ait universum orbem ita tenere, DD. in d. cap. 1. *De supplen. negligentiae Pralator.* lib. 6. & tamen non poterat Archiepiscopus cognoscere causam in prima instantia inter eosdem subditos ex solo consensu Episcopi, nisi etiam subditi consensissent, ut hic pater, & in cap. 1. *supra eodem*, cum concord. Quarto retorquetur id, quod adducitur de negligentia: nam sicut Concilium expressit, ut liceat Legatis, & Nunciis cognoscere Episcopo negligente, ita expressisset ut cognoscere possent eo consentiente si voluissent: quod etiam non fecerit, consenturum non esse immutare dispositionem juris communis, arg. cap. *Ad audientiam, de decim.* & cap. *Inter corporalia, vers. Unde si circa translationem, supra de translar. Episcop.* & l. *vn. §. sin. autem ad deficientes, C. de Caducit. tollen.*

37 Prædicta optime procedunt in Clerico, de quo conceptum est dubium, sed si ageremus de Laico in causa spirituali ad forum Episcopi spectante, quia non est nostra questio, gravior esset difficultas, Et si enim Host. *hic num. 3.* sentiat Laicum in causa spirituali non posse prorogare jurisdictionem iudicis non sui, tamen contrarium sentiunt Innocent. in cap. *De causis, de offic. deleg. Abb. hic num. 15.* Nat. post Anton. de Butrio, & alios in *conf. 413. num. 6.* Ideoque in hoc casu cessat difficultas prohibita prorogationis jurisdictionis supra considerata. Et quamvis in terminis Concilii forte aliud dicendum videatur, cum d. cap. 20. loquatur de causis omnibus ad forum ecclesiasticum quomodolibet pertinentibus; Id tamen dubium in praesentia omitimus, cum de eo non queratur.

DE FORO COMPETENTI.

Cap. Proposuiti.

S V M M A R I V M.

- 1 Clericus ad causam, si postea mutat forum, in causa illa coram primo iudice, respondere tenetur, & n. 25.
- 2 Citatio ut sit legitima, fieri debet ad instantiam partis.
- 3 Nisi iudex procedat ex officio.
- 4 Citatio debet fieri a iudice, seu de illius commissione, alias non valet.
- 5 Citationis commissio est decretum interloquutorium.
- 6 Citatio realis requirit specialem iudicis commissionem; sed in personali sufficit generalis.
- 7 Citatio nulla ex defectu commissionis validatur per comparationem partis de hoc defectu non excipitur.
- 8 Per citationem frustratariam non prevenitur, nec perpetuatur iurisdicatio.
- 9 Citatio ut sit legitima, non est necesse ut fiat tribus editis, sed sufficit unum peremptorium.

Cita.

- 10 Citatio quadruplex sit, qui iudices possint citare, & quor. modis, rem. sive.
- 11 Forum mutans ante citationem eximitur a jurisdictione primi iudicis, seu si non fiat mutatio, sed accumulatio.
- 12 Iurisdicatio perpetuatur per simplicem citationem iudicis sive Ordinarii, sive Delegati.
- 13 Citatio est principium, & fundamentum iurisdictionis.
- 14 Citatio respectu contumacis habetur pro circumducta.
- 15 Et quid si contumax velit purgare moram solutus expensis, & dato fideiussore de iudicio sibi.
- 16 Forum domicilii est mutabile.
- 17 Et quid in foro contractus.
- 18 Et quid in foro originis, n. 11. & seqq.
- 18 Debitor si in loco sui domicilii mecum contraxerit, & postea etiam ante citationem alio domicilio contraxerit, poterit eum convenire in loco contractus.
- 19 Et an poterit eum convenire in loco domicilii, quod habebat tempore contractus celebrati extra locum domicilii.
- 20 Intellectus l. 2. ff. de iurisdic. omnium iudic.
- 21 Civitas ar. tr. in passu definit esse civitas.
- 22 Uxor sortitur forum viri, & in loco originis amplius conveniri non potest.
- 24 Clericus potest conveniri in loco originis, vel ubi contraxit ante Clericatum, sed non coram primo iudice.
- 25 Fori mutatio post citationem in quibus casibus non eximat a jurisdictione primi iudicis.
- 26 Clericus, qui citatus coram Episcopo, postea de illius consensu ad aliam diocesis se transferat, tenetur coram primo iudice causam proseguere.
- 27 Clericus conjugatus non incedens in habitum, & confusus conveniri non potest coram iudice Ecclesiastico, nisi ratione praeventiois.
- 28 Clericus conjugatus habens requisita Constitutionis Bonifacii VIII. & Cantiglii Tridentini an gaudeat privilegio fori in civilibus.
- 29 Exemptionis privilegium eximit universaliter a jurisdictione iudicis ordinarii. Nisi privilegium sit preventum per actum citationis.
- 30 Privilegium superveniens ante actum consummatum in futurum operatur effectum suum. Declaratur. n. 32.

1. Ad peremptorium, num. 1. ff. eodem. Aretio. *conf. 36.* Casus talis est, in fine. Quod tamen declaratur secundum Abb. & Socin. ut vendicet sibi locum quando iudex procedit ad utilitatem privatam: quo casu non valet citatio nisi fiat ad petitionem partis, ut notatur in cap. 1. *de iudic.* & per Bart. in l. 4. §. *Hoc autem iudicium, num. 2. ff. de damn. infect.* Secus autem si procedat ex officio, quia tunc iudex sustinet locum partis, ut notatur in cap. *Qualiter, & quando de accusat.* & in cap. *Ad nostram, de iur. jur.* & per Bartol. ubi supra. Alterum requisitum est, ut citatio fiat a iudice, seu de illius commissione, ut innuit littera ibi, *de te, alias non valet*, ut est textus in l. *Neminem*, ubi Cyn. Bart. & alii notant, C. *de exhibend. reu.* & in 9. *Quadrupli* ibi, iussu magistratus, & ibi Jaf. post alios. *Iustit. de action.* Roman. *conf. 497.* Dubitatur, num. 8. *vers. Ego dico.* Abb. *hic num. 4.*

5 Et citatio, quia commissio citationis est decretum quoddam interloquutorium, ut l. *Omnes, §. Praeterea, C. de Episcop. & Cleric.* & tradit Bald. *conf. 63.* *Solum de subfor. prone, num. 2. vers. Praeterea nunciis, lib. 5.* Lanfranc. de Oratio in cap. *Quoniam contra, in ver. Citationes, de probat.* Marianus Socin. in *tract. de citat. ar. 1. in fin.* Vide tamen Paul. de Castro *conf. 254.* *Super primo dubio, col. 1. vers. Primum quia, lib. 2.* ubi ait textum in dist. *Neminem*, loqui de citatione reali, quae fit per capturam personae, quae requirit specialem commissionem secundum unum intellectum glossae ibidem, & Baldi. Sed perionali, seu reali citatione, & in causa civili, ubi agitur de commodo pecuniario partis, quando citationes fiunt per nuncios consuetos Cur. non est de more, vel de consuetudine, ut de alia expressa commissione iudicis appareat, quia consentitur habere generalem commissionem de citando quemcumque pars requirens voluerit: allegat Joann. Andr. hoc dicentem in dict. cap. *Quoniam contra, in ver. Citationes.* Unde sufficit ut in actis reperiantur commissiones factae per iudicem secundum Joann. Andr. ibidem. Et quamvis hanc distinctionem impugnet Roman. *dicto conf. 497. num. 8. vers. Ego dico:* ubi tenet in omni citatione requiri commissionem iudicis specialem per l. *Cum clericis, §. Memorati autem, ibi, sententiarum tuarum auctoritate pulsantur, & dict. l. Omnes, §. Praeterea, C. de Episcop. & Cleric.* tamen respondetur in verbali citatione sufficere commissionem generalem, ut servatur ubique secundum eos, de quo die plenius ut per Marianum Socin. *de citat. ar. 1. Quidquid tamen sit, citatio alias nulla ex defectu commissionis validatur per comparationem partis de hoc defectu non excipitur.* l. 1. §. *Sed si Praetor, puncta gloss. in ver. Sententia, vers. Vel dies potest quod citatio prima non tenet, ff. de ser. & notat Ripa in cap. 1. num. 90. vers. Limita tertio, de iudic.*

8 Secundo nota ibi, legitime, per frustrativam citationem non preveniri, nec perpetuari jurisdictionem, prout a contrario sensu est hac littera colligit Archid. in cap. *Non ita, num. 1. 2. quest. 6.* & Feder. de Senis *conf. 97.* incipiens. *Quoniam, num. 2.* & Joann. Andr. *hic num. 3.* Ad idem cap. *Bona, dicto secundo, in fin. supra de elect.* & sequuntur hic Colletar. *num. 3.* Bellam. in 1. *notab.* Butr. n. 1. Cardin. & Anchar. uterque

I 2

in

in secundo notat, Abb. num. 6. & Marianus Socin. num. 4. Non tamen intelligas ad hoc ut citatio sit legitima, requiritur ut fiat tribus edictis, vel uno peremptorio; sufficit enim unica citatio, secundum Guilielmum Nafon, quem refert, & sequitur Archid: loco citato, & Joann. Andr: eodem n. 3. vers. Nec intelligas, & concordat quod ipse adnotavit post Joan: & Vincent. in cap. Licet, super prima glossa de offi. deleg. Idem tenet gloss. in Cle. n. 1. in ver. Citationi, de judic. Federi de Senis; ubi supra, & consentiunt Butr. num. 1. 1. vers. Dicit tamen, Cardin: & Anchar: ubi supra. Et quamvis contrarium teneat Petrus de Sampone, tamen primum sequuntur communiter moderni, ut de suo tempore testantur Abb. num. 9. & Marianus Socin. n. 12. An autem citatio valeat sine termini præfixione, & qualis esse debeat ad hoc ut sit legitima, vide hic per Collect. n. 4. & seq. & Bellam. 3. quest. n. 9. Item quatuorplex sit citatio, qui iudices possunt citare, & quomodo, ponit hic magistratraliter Henric. Boich. in primis, ad quem recurras.

11 Tercio nota ibi, Citeris argumentum optimum, quod per mutationem fori ante citationem, & causam iuriam eximitur quis a jurisdictione primi iudicis. Secus si fiat fori accumulatio, non subtractio secundum Joann. Andr: hic num. 3. in ver. Alterius, & Bellam. num. 1. in eodem ver. Aliud enim est fori adjectio, aliud mutatio, 1. Senatoris, & C. de Senator. Secundum Henricum Boich. ad fin. Procedit ergo textus in fori mutatione, que scilicet sit privativa, & per viam subtractionis, ut in laico ad Clericum assumpto, qui per Clericum eximitur, & subtractur a quacunque jurisdictione iudicis secularis, cap. Imperator, 56. distind. cap. 1. & 2. & cap. Si diligenti, supra eodem, cum similibus, nisi fraudulenter, puta crimine perpetrato procurasset se Clericum fieri ut poenam evicaret. De quo per Archid: in cap. 2. 1. 1. quest. 1. & Collectar. hic in prin. Sed an hoc sit verum, latius dicam in cap. Vico, in 3. questione supra, de obligat. ad Tamen.

12 Quarto nota in eodem ver. Citatus, juncto sine textus, per simplicem actum citationis causam dici præventam, & perpetuari jurisdictionem iudicis citantis. Quod procedit si citatio emanaverit ad instantiam rei, siue actoris, ut sine ejusdem conditionis actor, & reus, cap. 2. de mut. penit. & cap. Dispensatio, de rescript. lib. 6. secundum Cardin. hic num. 3. Item procedit tam in iudice ordinario ut hic, & l. Si quis postea, ff. de iudic. quam in delegato, ut cap. Gratiam, & cap. Licet, supra, de offi. deleg. & cap. fin. de offi. leg. & hic tenet gloss. unica, cum qua Federi de Senis d. cons. 97. num. 3. Joann. Andr: hic num. 6. & alii transeunt. Ratio est, quia ubi ceptum est fenele iudicium, ibi finem accipere debet. 1. Vbi ceptum ff. de iudic. & cum citatio, seu vocatio in ius sit fundamentum iudicii, & principium omnium actionum in iudicandis, 5. ult. in prin. Inquit, de pen. temer. litig. qui eam preoccupavit, totam causam, & jurisdictionem præoccupat, & prævenisse videtur, ut hic: principium enim est possitima pars cuiusque rei, l. 1. ff. de orig. iur. & a primordio tituli posterior formatur eventus. 1. Vico, Cod. de imponen. iur. et. rescript. lib. 10. de qua vide plene per Henricum

Boich. in cap. Dudum, si primo, de elect. Item per citationem negotium non dicitur amplius integrum, cap. Capitulum sancti Crucis, supra, de rescript. Re autem non integra non admittitur variatio, cap. Publicator, & cap. Cum inter, de elect. cap. Si compromissarius, eodem tit. lib. 6. cap. In litteris, de offi. deleg. & l. Iudex, ff. de re iudic. reg. Antare, de regul. iur. lib. 6. cap. Si tibi absenti, de Præbend. eodem tit. & Clem. Cum illis, de renanc. Fallit supradicta conclusio si reus fuerit contumax, quia tunc non poterit allegare præventionem invito actori; & ita hunc textum limitant Butr. & Abbas in cap. Lx. tenore, supra, de rescript. & notat Bartol. in l. Quamvis, num. 8. ff. de damnat. insec. Et est ratio secundum eum, quia respectu contumacis citatio habetur pro circumducta, ut l. Et post edictum, ff. de iudic. Quæ limitatio vendit ibi locum, etiam si contumax ad primam citationem velit purgare moram solutis expensis, & dato die iussor de iudicio sili; quia hoc non prodest actori non consentiente, dummodò tamen jus actoris sit factum deterius; & hoc modo contrariis opinionibus conciliat hic Felin. num. 2. vers. Limita istum textum.

13 Quinto nota ibi, iurisdictionis alterius esse ceptum, forum esse mutabilem. Sed dubitatur an hoc sit verum in omni foro. Et quidem in foro domicilii procedit de plano, quia liberum est cuilibet sibi domicilium mutare, cap. fin. & ibi notat glossa in figuracione casus, infra, de paroch. 1. Domicilium, & l. Nihil est, ff. ad municipal. cum similibus, & in hoc conveniunt omnes. At verò secus dicendum est in foro contractus, quia ille forus est immutabilis saltem hoc respectu, quòd nequit non factum esse quòd factum est, ut l. In bello, §. Valla, ff. de capiv. & post sim. revers. & est casus apertissimus in l. 2. ff. de iurisdic. omnium iudic. per quem textum ita tenet Bart. in l. penult. num. 1. ff. eodem, & ante eum hoc voluit Specul. in titul. de competen. iudic. adit. §. 1. vers. Quid si debitor, sub ver. Quadragesimo, ad fin.

14 Ideo si debitor in loco sui domicilii mecum contraxerit, & postea aliò domicilium transtulerit, etiam ante citationem potero eum convenire in loco contractus, quia per mutationem fori domicilii non sequitur mutatio fori contractus, ut concludit ibi Specul. Quòd Butr. hic n. 12. dicit esse mirabile ad limitationem hujus Decretalis: & sequitur Abb. n. 8. & Felin. n. 7. Pro quo etiam facit ratio naturalis: nam si debitor mecum contraxisset alibi, quam in loco domicilii, non esset dubium, quin possem illum convenire, & in loco contractus, & in loco domicilii, ut in cap. Dicitur, supra eod. & l. 2. Ergo fortius potero eum convenire quando contraxit, in loco sui domicilii, tunc enim concurrunt duo vincula; Et quamvis unum desierit per domicilii translationem, non tamen desinit aliud, id est forus contractus, & sic saltem virtus alterius potero eum convenire, arg. §. Affinitas in fin. de nupt. Sed majus dubium est in casu sequenti. Titius habens domicilium Penisi contraxit mecum Venetiis, & sic extra locum sui domicilii, quo tempore certum est quòd poterat eum convenire utrobique, id est tam in loco contractus, quam domicilii, ut proxime conclusum est. Sed pone quòd postea antecitationem domici-

15

micium transtulerit Mediolanum; numquid potero illum convenire Perusi, ubi domicilium habebat tempore contractus: Bart. in d. l. 2. in prin. tenet affirmativè; & ponderat illam legem, que loquitur de domicilio, quòd reus habet, vel habuit tempore contractus, & eum sequitur Imola hic numer. 5. sed contra Bartolum tenent Butr. num. 12. Abb. num. 8. vers. Quinimo plus dicit Bart. Aretin. num. 5. & Felin. n. 2. & Marianus Socin. in cap. Licet, in 10. artic. princ. infra eodem. Moventur omnes per hanc Decretalem a contrario sensu; alias enim nimis restringeretur, cum loquatur indefinitè per illa verba, alterius in iurisdictione esse ceptum. Nec obstat textus in d. l. 2. quia dum loquitur de domicilio, quòd reus habuit tempore contractus, intelligi debet de contractu ibidem celebrato. Neq; hic intellectus, ut dicit Imola, est divinativus. Quia ut respondet Aretin. non est inconveniens ut indefinita illius legis determinetur per hoc capitulum: & ita illa lex loquitur in casu Specul. de quo supra n. 8. prout illam intelligunt ibi Cyn. Salic. Angel. & Paul. de Castro: & hæc videtur fuisse mens Bartoli, licet loquatur nimis generaliter. Tantum enim dicit reum posse conveniri in loco, ubi habebat domicilium tempore contractus, licet domicilium mutaverit, nec addit etiam ibi non contraxerit, sed alibi, prout illi imponit Imola: unde illius dictum quamvis generale restringi debet ad eum contractus in loco domicilii, licet restringitur generalitas illius legis: & ita teneas, alioquin sequeretur ut reus non posset conveniri ubi contractus, cum littera ibi tantum faciat mentionem de domicilio præfenti, & de illo, quòd habebat tempore contractus; cum tamen forus contractus sit principalior respectu conventionis. Item hoc esset reo admodum grave, quia conveniri posset in triplici foro, videlicet ubi contraxit, ubi nunc habet domicilium, & ubi domicilium habuit tempore contractus. Ac denum propterea in præcedenti casu Speculatoris reus conveniri poterit in loco domicilii, ubi contraxit, quia ibi fortebatur duplex forum, & ad remotionem unius non sequitur remotio alterius, ut prædixi. Sed in hoc posteriori casu in loco domicilii non habet nisi unicum forum, cum contractus non fuerit inibi celebratus; unde translato domicilio nullus forus ibi remanet, & consequenter amplius ibi conveniri non potest, nisi præcesserit citatio iuxta textum hic. Forus itidem originis immutabilis est, ut l. penult. & fin. C. de municip. & originat. lib. 10. l. Vili, §. ult. ff. ad municipat. l. Domicilium, ff. eod. & l. Senatores, & ibi gloss. ff. de Senator. Fallit si civitas passa sit a raturum, ut Cathago, quia desinit esse civitas, ut leg. Si usufructus civitatis, ff. Quomodo usus

16

translationem domicilii; non autem in subdito ratione contractus, vel ratione originis propria, vel paternæ. Quòd tamen limitant Doctores nisi præter mutationem fori contingat etiam mutatio status personæ, ut in laico electo Clerico, quia tunc coram primo iudice contractus, vel originis conveniri non potest. Ita Jacob. Butrig. in l. Quibus, la secunda, C. de Episcop. & Cleric. per illum textum cum ibi notatis, ubi nulla alia ratione Princeps laicus prohibetur fieri Clericus post finitum officium ante redditam administrationem, nisi quia post Clericatum coram iudice ecclesiastico esset conveniendus, & sequitur Felin. post alios hic n. 1. Sed hæc non est propriè limitatio ad regulam superius prohibitam; quia per mutationem status non mutatur forus, sed mutatur iudex: nam laicus Bononiensis effectus Clericus potest conveniri Bononiæ sicut prius, sed non poterit amplius conveniri sub iudice laico; & sic habebit declinatoriam iudicis, sed non fori. Ita singulariter declarat Bald. in Auth. Quam provincia, n. 6. vers. Quinò appano, C. ubi de crim. ag. oport. dicens hoc esse valde notabile.

17 Ultimo nota ex textu mutationem fori post citationem non obitare, quominus citatus teneatur coram primo iudice causam prosecui, ut hic deciditur: & potest multipliciter poni casus secundum Holtiensem in prin. Joann. Andr. num. 2. Collectar. in prin. Bellam. num. 1. Butr. num. 7. Abb. num. 13. & latissime prosequitur Marianus Socin. in decimo quinto articulo principali n. 45. Primo enim casus formati potest in laico, qui conventus, & citatus coram iudice seculari postea factus est Clericus: non enim in causa illa potest declinare forum iudicis laici, quemadmodum posset in causa in foro laico per citationem non electi præventa, ut cap. 1. & 2. & cap. Si diligenti, supra eodem. Sed an hoc sit verum, & an vendit ibi locum in casibus tam civilibus, quam criminalibus, & tam respectu executionis realis, quam personalis, plene examino in cap. Vico, in 4. questione a num. 4. usq; ad num. 77. supra, de obligat. ad rationem. Secundo potest poni casus in Clerico, qui citatus coram Episcopo postea de illius consensu ad aliam diocesium, vel Ecclesiam se transtulit, ut cap. Admonet, supra, de renunciat. Quòd intellige quando etiam subditus ratione domicilii, vel beneficii, secus si ratione originis, cum ille forus sit immutabilis, ut dixi supra num. 2. & declarat

18

præventionis tantum, juxta textum hic, ut per Abb. num. 13. *vers. Tertio*, sed cessante præventionem iudex laicus in civilibus poterit cognoscere, & pronunciare, dummodò tamen abstinere ab omni personali dilictione, ut latissime consultiit Lap. alleg. 118. incipiens. *Queritur non levis*; De communi Covarr. *Præf. quest. cap. 37. num. 7.* Quod procedit etiam si talis Clericus habeat requisita Concilii Tridentini, ut jam pridem censuit S. Congregatio ejusdem Concilii interpres; nam proposito dubio in causa Andrien. An clericus conjugatus habens qualitates requisitas tam Constitutione Bonifacii VIII. quæ incipit: *Clerici qui cum unico*, quam Decreto Tridentini Concilii *cap. 6. sess. 23.* gaudeat privilegio fori, etiam in civilibus: *Die 13. Februarii 1610.* S. Congregatio, cui interfuerunt S. R. E. Cardinalis Camerinen. de Monte, Aquaviva, Platius, Mantica, Nazareth, & Millinus, nemine discrepante censuit hujusmodi clericum conjugatum non gaudere privilegio fori in civilibus, ubi de crimine non agitur. Caterum clericum talem non posse ab hujusmodi causis civiles personaliter distringi, aut in carcerem conjici: nam estis Lapi allegatio, cui communitè adhæserunt Domini, in subtiliori disputatione aliquid posset habere difficultatis: tutius tamen putarunt à recepta Doctorum sententia in hac materia non recedere; quia tamen in nonnullis locis fertur vigere consuetudo, qua clerici hujusmodi etiam aliquibus qualitatibus requisitis carentes gaudeant privilegio fori tam in civilibus, quam in criminalibus; nihil visum est decernendum, aut eandem nisi prius speciali disputatione delibetur, an hujusmodi consuetudo favens Clericis conjugatis magis, quam Constitutio Bonifacii, & Concilium Tridentinum sit valida, & observanda.

In calibus ergo supradictis, & aliis consimilibus legitime citatus coram primo iudice non poterit illius jurisdictionem declinare, ex eo quòd potest alterius fori esse cæperit: & ita hic est casus secundum omnes.

29 Oppono. Exemptionis privilegium eximit universaliter à jurisdictione iudicis ordinarii, cap. *Frater noster*, & ibi gloss. in *ver. Aliquid*, 16. *quest. 1.* & cap. *Cum capella*, infra, de privileg. Item privilegium superveniens tollit vinculum obligationis jam contractæ, cap. *Ex antiquis*, cap. *Fraternitatem*, & cap. *Si servus*, 54. *dist. 11.* Ergo multò magis extinguere debet actum non consummatum, sed tantummodo initiatum per citationem: si enim solvit jam contractum, fortius impedit contrahendum, l. *Præsumptio*, ff. de *sidejussor.*

30 Præterea quando actus non est momentaneus, sed habet tractum successivum, privilegium ante actum consummatum superveniens pro futuro tempore operatur effectum suum, ut l. *Fiscus*, ff. de *iure hie* l. *Cum quid*, §. *Fiscus*, ff. de *usur.* & l. *Ex qua*, C. de *restitut. in integr.*

31 Solutio. Peractum citationis privilegium est præventum, & propterea non suffragatur, ut l. *Tutor*, ff. de *exco. tutor.* secundum Hostiens. hic num. 2., Joann. Andr. num. 4. Bellam, in 4. *notab.* & Butr. num. 20. Vel secundum Anchar. *subn. 5.* contraria locum habent in re, siue divilibili ut alia consideratio habeatur pro tempore præterito, & alia pro futuro. Hic autem agitur de

actu indivisibili, quia instantia iudicii non debet dividi, sed ibi finem accipere ubi initium habuit, leg. *Vbi ceptum*, ff. de *iudic.* & Authen. *Qui semel*, C. *quomodo*, & *quand. iud.* & est ratio, quia in iudicio quasi contrahitur, ut l. 3. §. *idem scribit*, ff. de *peal.* unde sic ex contractu vero non potest alter ex contrahentibus resillire altero invito, ut l. *Sicut*, C. de *act. & oblig.* ita nec ab illo quasi contractu per citationem initiatum potest citatus se subtrahere per mutationem fori, ut hic. Generaliter autem an privilegium, vel jus super-veniens liberet quem ab onere, anve pro se quoad obligationes contractas, vel jura in iudicio deducta, distinguitur ut hic plene per eundem Anchar. u. *5. vers.* Et tamen *latius*.

DE LITIS CONTESTATIONE.

Cap. Olim.

S V M M A R I V M.

- 1 Universitas, vel Collegium non potest excommunicari.
- 2 Excommunicatio lata in Capitulum an teneat.
- 3 Litis contestatio fit per petitionem in iure propositam, & per responsum sequentem.
- 4 Litis contestatio quid sit. Late discutitur usque ad n. 44.
- 5 Litis contestatio est fundamentum iudicij, & liti exordium.
- 6 Liti mota non dicitur ante liti contestationem.
- 7 Instantia causarum ante liti contestationem non currit.
- 8 Principium est potissima pars cuiusq. rei.
- 9 Litis contestatio est lapsus angularis iudicij.
- 10 Processus sine liti contestatione est irritus.
- 11 Sententia lite non contestata est ipso iure nulla.
- 12 Nec est exequenda, etiam si lapsa sine fatalia.
- 13 Litis contestatio non inducitur per narrationem factam in libello sine petitione, & conclusione.
- 14 Nec per productionem actorum si nulle appareat petitio.
- 15 Iudicium petitione omissa est nullum.
- 16 Actor admitti non debet ad litigandum nisi libello in scriptis porrecto, & n. seq.
- 17 Litis contestatio non fit extra iudicium.
- 18 Libellum non sufficit transmittere ad domum rei, nisi petitio possit in iudicio recipi.
- 19 Arbitraria redacta sunt ad instar iudiciorum.
- 20 Litis contestatio fit coram arbitro iuri, & habet omnes effectus contestationis vere, vel interpretative.
- 21 Secus coram arbitrate.
- 22 Petitio sola liti contestationem non inducit nisi sequatur responsio rei.
- 23 Litis contestatio non oritur, nisi responsio rei sit relativa ad libellum.
- 24 Et sufficit responsio iuri.
- 25 Actio quid sit.
- 26 Litis contestatio an fiat si reus neget narrata, pro-ut narratur esse vera.

- 27 Et quid si producta iuribus, & parte citata rei procurator alleget generalia contra.
- 28 Et quid si reus respondeat, tumentis. Legibus, & non convitis certandum est, ibid.
- 29 Exhereditatio valet, licet fiat verbus contumeliosus, & turpibus.
- 30 Litis contestatio an inducatur per confessionem rei.
- 31 Sententia diffinitiva non fertur si reus consteatur ante oblatum libellum, sed fit ei præceptum ut solvat infra certum tempus.
- 32 Confessio facta animo declinandi jurisdictionem, non inducit contestationem liti.
- 33 Secus si animo litigandi post oblatum libellum.
- 34 Litis contestatio mirabilis ex Hostiens.
- 35 Confessio rei in figura iudicij an in dubio liti contestationem inducat.
- 36 Litis contestatio fit per responsum datam ad libellum partim confitendo, & partim negando.
- 37 Litis contestatio fit per responsum rei datam ad libellum etiam auctore absente, & ex intervallo, nec verba sunt necessaria.
- 38 Et quid si actor post responsum rei non compareat, nec prosequatur.
- 39 Litis contestatio dependet ab animo rei.
- 40 Nec inducitur nisi responsio fiat proposito litigandi, & num. seq.
- 41 Contestari quid sit.
- 42 Contestandi animus presumitur ubi verba contestationis sunt apta, nisi contrarium appareat per protestationem.
- 43 Verbo non presumitur quis exprimere quod mente non cogitavit.
- 44 Litis contestatio non inducitur per positiones, & responsum datam ad eas, & n. seq.
- 45 Ponens nihil petit, sed factum narrat.
- 46 Sententia debet esse conformis non positioni, sed petitioni.
- 47 Positiones fieri possunt etiam ante liti contestationem.
- 48 Litis contestatio an fiat per generalem positionem, & responsum rei.
- 49 Positiones cur in iudicio introductæ, & n. 90.
- 50 Positio generalis nunquam inducit contestationem liti, nisi petitionem habeat admixtam.
- 51 Articuli conclusivi sunt loco libelli, & per responsum datam ad illos oritur liti contestatio.
- 52 Positionis diffinitio qua fit de illius substantia late discutitur in fin.
- 53 Diffinitio non est bona si conveniat alii à diffinito.
- 54 Positiones in causis fieri possunt tam per actorem, quam per reum, & num. 89.
- 55 Diffinitio auctore ponitur, & per partes explicatur, usque in fin.
- 56 Positiones in quo differant ab interrogatoriis.
- 57 Ponens, omnia que ponit, dispositivè intelligitur confiteri.
- 58 Actor sicut per responsum rei, ita & reus per positionem actoris relevatur ab onere probandi.
- 59 Iudicium non debet claudicare, & n. seq.
- 60 Interrogatoriu principale negotium tangentibus non cogitur pars respondere, nisi dentur dispositivè medio iuramento per modum positionum.
- 61 Si tamen respondeat, & consteatur, sibi præiudicat.
- 62 Positio debet esse affirmativa, & non negativa, & num. seq.

- 63 Negativa regulariter non est probabilis.
- 64 Positio negativa nihil ponit, sed remover.
- 65 Nec dicitur positio, sed interrogatio, nisi quatenus habeat implicitam affirmativam.
- 66 Carentia, & non existentia an, & in quo differant.
- 67 Negativa in subiecto semper est probabilis.
- 68 Positionis negative an, & quando sit respondendum.
- 69 Quid si negativa sit coarctata.
- 70 Et quid si positio negativa non coarctata sit de facto, contra quem ponitur.
- 71 Nihil est in probatione, quod prius non sit in natura.
- 72 Positionis negative non coarctata de facto alterius an debeat responderi. Et quid si sit mixta de facto partim propria, & partim alieno num. 74.
- 73 Raynerius Iacobi Buttrigarij Pedagogus, & transcribita.
- 75 Positiones negative si equitas suadeat, hodie admitti possunt, etiam si alius probari non possint quàm per confessionem partium.
- 76 Positionis duplici, vel multiplex factum continentem non est respondendum, nisi dividatur vel declaratur.
- 77 Positionem multiplicem negans an videatur singula negare.
- 78 Positionis generalis, obscura, incerta, implicita, æquivoca, captiosa, vel alternative responderi non debet.
- 79 Positio iuris, id est, de casu legi, vel glossa non admittitur.
- 80 Fallit in iure consuetudinaria, vel municipali.
- 81 Positio omnino impertinens non debet admitti.
- 82 Positio pertinens qua dicitur.
- 83 Positionis de qua dubiatur num sit pertinens an, & quomodo sit respondendum.
- 84 Positiones non fiunt in criminalibus, nec recusans respondere habetur pro confesso.
- 85 Positionis criminose an, & quando sit respondendum.
- 86 Positiones medio iuramento sunt iudici in scriptis offerenda.
- 87 Positionibus an, & quando responderi possit per Procuratorem, vel cum presentia Advocati.
- 88 Reus super positionibus à quo sit interrogandus.
- 90 Positiones in quo differant ab articulis.
- 91 Articulus quid sit.
- 92 Testes super articulis debent deponere de scientia per sensus corporeos, non autem de creditate.
- 93 Positionibus an responderi possit per verbum credit, vel non credit.
- 94 Et an hujusmodi responso consteatur de creditate, an de veritate.
- 95 Et quid ad effectum, ut incuratur per iurium.
- 96 Advocatus qui docuit clientulum falsum respondere, tenetur parti damna referere.
- 97 Advocatorum prava suggestio in positionibus neganda.

O LIM. Non per positiones, & respon-
siones, sed per petitionem in iure propo-
sitam, & responsonem sequutam
fit lris contestatio, qua omnia, nullus
est processus. Hoc dicit. Dividitur in duas partes.
Primò ponit processum iudicum, & ipsorum
relationem. Secundo ipsum processum describit
ritum, & rationem reddit. Secunda ibi,
Procuratoribus.

1 Nota primò ex principio textus, ibi, *excom-
municationem sententis*. Capitulum, & sic Uni-
versitatem, posse excommunicari: nam ut patet
in compilatione antiqua, & recitat hic Joan.
Andr. & Abb. ambo num: 2. Capitulum sancti
Quintini irrogaverat injurias Episcopo Novien-
si, & Episcopus propter ejusmodi injurias illud
excommunicavit: & ita olim excommunicaba-
tur Capitulum secundum eos, & Burr. num: 6.
in secunda oppositio. Sed hodie in Universita-
tem, vel Collegium ferri non potest sententia
excommunicatiois, sed in singulos tantum de
Universitate vel Collegio, quos culpabiles
esse constiterit, ut est expressum in cap. *Roma-
na*, §. In Universitate, de sent. excomm. lib. 6. &
forè olim hoc fiebat de facto potius, quam de
jure, nec contrarium probat hæc littera, quia
simpliciter narrat factum. Subdit tamen Burr.
quod si Capitulum etiam hodie excommunicetur,
tenet sententia: & fuit opinio Bernardi,
quam tamen reprobat Hostiens. Archid. Joann.
Monach. & Joann. Andr. ut notatur in d. §.
In universitate, in gloss. in ver. *penitus*, & Marian.
Socin. in cap. *Mulieres*, in 2. *quæst.* num: 1. §. *infra*,
de sent. excomm. Pro quo facit littera d. §. *In*
universitate, in gloss. in ver. *penitus prohibemus*. De hac
matéria scripsi plenè in cap. *Responso*, eodem ti-
tulo.

2 Secundo nota lris contestationem fieri per
petitionem in iure propositam, & responsonem
subsequentem. Idem habetur in cap. *Dudum*, in
4. *seculo*, ver. *Licet autem*, supra de elect. Nam ut
distinguit glossa hic, lris contestatio est negotii
principalis hinc inde apud iudicem facta narra-
tio, & subsequens responso: & fuit distinctio
Bulgar. Azonis, & Tancredi, quam sequuti fue-
runt ferè antiqui omnes usque ad Hostiensem,
ut ipsemet testatur hic num: 1. & Marian. Socin.
supra in rubr. ead. num: Verum Hostiens. hic & in
Summa hoc tit. §. 1. dicit hanc descriptionem de-
strui: quia per positiones quoque apud iudicem
narratur principale negotium hinc inde, & ta-
men per eas lris contestatio non inducitur, ut
hic patet. Præterea abundant illa verba, & sub-
sequuta responso, quia implicite continetur
sub dictione illa hinc inde. Unde Hostiens. ponit
aliam descriptionem, videlicet lris contestatio
est fundamentum iudicii per petitionem in iure
propositam, & congruam responsonem se-
quutam animo concessæ diti factam, quo-
omisso si in figuram iudicii procedatur, vexitur
inanius laboribus, & sumptibus litigantes: &
sequuntur hic Joann. Andr. Burr. Cardin. Imol.
Joan. de Anan. & omnes Doctores teste Maria-
no Socino ubi supra. Quæ tamen distinctio, seu de-
scriptio peccat in eo, quod describit contestatio-
nem lris per animum concessæ diti litem, & ad-
huc ignoratur quid fit lris contestatio, & sic dis-
tinctio idem per idem: quo vitio etiam laborat

d. scriptio prolixior quam ponit Marian. So-
cin. loco citato. Ac præterea omnino extrinse-
cum, & accidentale est ut omnia lris con-
testatione, litigantes vexitur inanius labori-
bus, & expensis. Ad eundem hinc contesta-
tio est fundamentum iudicii, necessario hinc
sequitur ut eo omisso processus sit nullus: &
consequenter supervacaneum fuit addere illa
3 verba, quo omisso, &c. Unde satis fuisset sic de-
scribere, videlicet, lris contestatio est funda-
mentum iudicii per petitionem in iure propo-
sitam, & congruam responsonem sequutam ani-
mo litigandi.

6 Et primò dictum est fundamentum, quia lris
contestatio est lris exordium, & principium
causæ ut legitur & notatur in cap. *Super quæsti-
onem*, §. *Intentionis*, supra de offic. deleg. ita ut antea
non dicitur lris mota, cap. *Ex parte*, §. 2. in fine, de
verb. signific. Bald. cons. 150. *Causa aduulter*, num:
2. ver. *Ex quo apparet*, lib. 2. nec dicitur, quis pe-
7 tere velle, ut l. *Amplius*, ff. *Rem rat. habet*. & sic li-
tris contestatio dat principium instantiæ, ut curat.
Roman. cons. 174. *Amplissime* Doctor, num: 4.
& §. *Alex. cons.* 247. *Vitis*, num: 10. ver. *Non obstat*,
lib. 5. Quod nota pro intelligentia Concilii Tri-
dentini in cap. *Causæ omnes*, 20. *sess.* 24. Cujusque
autem rei potissima pars est principium, l. 1. *ff.*
9 *de orig. jur.* Unde lris contestatio non solum est
de processu, sed lapis angularis iudicii, & ejus
fundamentum, ut in Auchen. *de litig.* §. *Omnes*,
& fuit dictum Baldi hic num: 2. & in cap. *Dudum*,
il. 2. num: 20. supra de elect. Oldrad. cons. 12. *Quæ-
10 stio* *est prima*, in princip. Sicut autem materiali
edificio ruina imminet fundamento omisso, & si-
militer spirituali, cap. *Chm Paulus*, 1. *quæst.* 1. cap.
fin. 43. *dist.* cap. *Veniens*, infra de Præb. non baptiz.
sic & edificio iudiciorum, secundum Hostiens.
Unde non mirum si Papa hic, & id d. cap. *Dudum*,
§. *Licet autem*, pronunciet processum irritum ex
eo quod lris contestationem non invenerit esse
11 factam. Itaque sententia lata lite non contestata
est ipso iure nulla, cum lris contestatio sit de
substantia iudicii, l. *Prolatam*, & ibi Bart. *C. de*
sent. Bald. cons. 362. *Quamquam super*, num: 3.
12 *in fine*, ver. *Sed dicendum est*, libro 3. adeo ut etiam
si dicatur transivisse in rem iudicatam, eo quod
fatalia sint deserta: nihilominus non sit exe-
quenda, si ex processu appareat litem non fuisse
contestatam. Bald. cons. 225. *In causa venente*, in
13 *prim. lib.* §.

13 Secundo dictum est, per petitionem, quia si-
ne illa non fit lris contestatio, ut hic, & in d. cap.
Dudum, unde si in libello fieret sola narratio abs-
que petitione, & conclusione, tunc per respon-
sionem non intelligeretur lris contestatio facta,
ut per Rotam decis. 12. aliis 2. in tit. de lit. con-
14 test. in novis, num: 3. & Burr. hic post Hostiens. nu-
mer. 13. adeo ut neque ex productione actorum
verè, vel interpretative lris contestatio oriri
possit si nulla præcesserit petitio, ut decidit Ro-
15 ta apud Cardin. Seraphin. decis. 698. num: 8. &
petitione omnia iudicium est nullum, Raphael
Cuman. cons. 86. *Quævis de iure*, num: 3. *in que in*
finem. Stat ergo regula, ut per responsonem ad
libellum narratam non inducatur lris con-
testatio, ut hic per Burr. d. num. 13. ver. *Remanet*
ergo regula. Fallit primò coram Papa, ut servat Cu-
ria. Secundo fallit in c. us. electionum, in qui-
bus

bus non exigunt lris contestatio. Tertio fallit
in aliis causis spiritualibus. Quarto fallit quando
inter Religiosos agit. Quinto fallit secundum
aliquos in libello in possessore, ut latius per Bu-
tri supra, & Abb. num: 20.

16 Tertio dictum est *propositam*, id est in scriptis
portectam, quia actor admitti non debet ad liti-
gandum, nisi libello in scriptis portecto, ut in
cap. 1. *de libel. ablat.* & aliter non fit lris con-
testatio, Hostiens. hic num: 1. ver. *Est bene dicit per*
petitionem, & alii communiter: licet Burr. hic num:
27. dicat lris contestationem fieri posse etiam
sine scriptis, allegat cap. *Relatum*, de offic. Deleg.
l. 1. *ff. de eden & Specul. de lit. contest.* §. 1. ver. *Sed*
numquid, num: 23. ubi tenet lris contestationem
fieri etiam ad interrogacionem partis: faceret
tamen Burr. exigi libellum. Sed hæc non compa-
ratur, ut lris contestatio exigat libellum, &
fieri possit sine scriptis.

17 Quarto dictum est, *in iure*, quia extra iudicium
non fit lris contestatio, §. *Offeratur*, 3. *quæst.*
3. cap. 1. supra, tit. *Præximo*, & l. *valens*, ff. de in-
terrogat. alium, alioquin ut Hostiens. inquit,
quandocumque rusticus peteret aliquid ab alio
extra iudicium, diceretur lris contestationem
fieri rustico à quo petitur hoc negante, quod est
18 ridiculum. Itaque oportet libellum in iudicio
portigere, ut in d. cap. 1. *de libel. ablat.* & in
Auchen. *Offeratur*, & ibi notat gloss. 1. & Cyn.
in fine *quæst.* C. de lit. contest. Nec sufficit libellum
transmittere ad domum rei, nisi petitio postea
in iudicio rejiciatur, ut post Abb. notat. hic
Marian. Socin. in *titulo principali articulo*,
num: 72. Et quia arbitria redacta sunt ad instar
19 iudiciorum, l. 1. *ff. de arbit.* glossa in rubr. *infra*
eodem tit. & in cap. *Cur dilectum*, in ver. *Nisi*, de
hu: & in cap. *Amicitiam* juris fit lris con-
testatio, & ex ea resultat omnes juris effectus,
qui ex vera, vel interpretativa lris contestatio-
ne oriuntur, ut per Specul. de lit. contest. §. *Nunc*
tantum, num: 2. Oldrad. cons. 176. *Factum rate*
est, in 1. *quæst.* num: 1. Barr. in l. *Cum antea*, num: 7.
& ibi etiam Bald. num: 1. C. de arbit. & resolu-
vit Rota coram Cardinali Seraphino decis. 697.
21 num: 3. licet secus sit coram arbitratore, ut ibi
per Rotam, & Oldrad. ubi supra. Et per hoc
salvari potest distinctio Hostiensis ab impugna-
tionibus Mariani Socini, qui supra in rubrica
dicit ejus distinctioem esse defectivam, & non
convertibilem cum suo distinctio, ad l. *Omnia*
distinctio, ff. de regul. jur. juncta l. 1. *ff. de dolo*. Imo
enim verba illa, *in iure*, verificari possunt tam
in contestatione lris, quæ fit coram iudice,
quam in ea, quæ fit coram arbitris juris, ut prædi-
ximus.

20 Quinto dictum est, *responsonem*, quia sola pe-
titione, & libelli oblatio non inducit contestatio-
nem lris, nisi sequatur responso rei, ut probat
textus noster, & cap. *Dudum*, §. *Licet autem*, de
elect.

21 Sexto addita est particula, *congruam*, quia
non sufficit qualiscumque responso, sed oportet
ut sit relativa ad libellum, ut notat Bald. in
cap. *Dudum*, in 2. *seculo*, num: 19. supra de elect. non
enim sufficeret, si reus diceret, Volo litigare cum
adversario, & non contradiceret petitioni, arg.
l. *Rem non novam*, C. de iudic. quia nesciretur an
constiteret, vel negaret petita, ut hic tenet In-

22 bus non exigunt lris contestatio. Tertio fallit
in aliis causis spiritualibus. Quarto fallit quando
inter Religiosos agit. Quinto fallit secundum
aliquos in libello in possessore, ut latius per Bu-
tri supra, & Abb. num: 20.

23 Notetur, num: 3. ver. *Sed tamen*. Et dicitur con-
grua responso etiam de iure, ut si petam à te
fundum, quem promisti, vel vendidisti: & tu
respondeas, non competi tibi actio, vel tibi de
iure non debetur fundus, quem tu petis: nam
cum actio sit jus petendi in iudicio, quod tibi
debetur, id est de iure, *insistit de actio in prin.*
eadem ratione & de iure si reus responso rei legi-
tima est: Quod peris tibi de iure non debetur,
secundum Innocent. hic num: 2. Hostiens. num: 5.
ver. *Hoc autem notandum*, & alios communiter.
24 Similiter congrua est responso si reus dicit, Ne-
go narrata prout narratur esse vera: quia vide-
tur responsum super toto; & ideo facta est lris
contestatio, ut notatur in l. 1. *ff. quæ. ver. ad non*
datur, & in c. *Cum ad Sædem de restit. spoat.* rece-
net Cyn. in l. 1. in 3. *quæst.* C. de lit. contest. Bald. in
d. cap. *Dudum*, num: 1. & Raphael Fulgosi. cons. 138.
in *quæstione in princip.* & cons. 160. Joannes & Go-
rus, num: 4. & ita communiter teneri testatur hic
Joan. de Imola n. 10.

Tutus tamen est respondere, nego narrata
prout narratur, & petita prout petuntur esse
vera, secundum Bald. loco citato, & ita servant
cauti Procuratores. Unde lris contestationem
induci, quando parte citata, & productis ius-
25 tibus Procurator ex adverso allegat generalia
contra, tenet Aretin. cons. 30. num: 10. ver. *Quin-
timo*, & dixit Rota coram Card. Seraphino decis.
920. num: 2.

26 Quinimo fit etiam lris contestatio si reus re-
spondendo dicat, timentis, vel quid simile, ut
tenet Guliel. de Cyn. in l. 1. un. c. *ead.* num: 1. et
gibus, & non convisis certandum sit, ut l. *Quis-
27 quis*, C. de postul. & quod calore iracundie dicat-
tur, pro non dicto habeatur, cap. *Ex litteris*, infra
de divorz. & l. *Quod calore*, ff. de regul. jur. tamen
ejusmodi verba utcumque opprobriosa con-
veniunt nature negotii, de quo agitur, exemplo
28 exhereditationis, quæ valet etiam siat verbis
contumeliosis, & turpibus, ut l. 1. in *princip. ff. de*
liber. & postul. Ceterum hoc intellige durando
reus prædicta verba profert in responso
ad libellum, & in tali responso persistit. Si
verò animo non respondendi, & potius calore
iracundie, inspicendum est tempus, & gesta, &
alia quæ considerari solent ad iudicandum de ani-
mo, ut l. *Dolum*, C. de dolo, & c. 2. de renunc. lib. 6.
& ita opinionem Guliel. declarat Abbas hic in 5.
29 *quæst.* num: 28. cupi declaratio placet Mariano
Socino n. 35. & mibi.

30 Generaliter autem congrua dicitur respon-
sio ad litem contestandam, si ve negando si ve
confitendo, ut dicit glossa hic, & ita non solum
per negationem, sed etiam per confessionem fit
lris contestatio, & per talem confessionem reus
condemnatur, l. *Iulianus*, ff. de confess. & tenet glo-
sa in cap. *Dudum*, in ver. *Responsonem*, supra de
elect. Bald. in l. *Si reus*, ff. de procurat. Cardinal.
in Clemen. *Sape*, in 26. *quæst.* de verbor. signific. &
est communis opinio ut hic testatur Joan. de An-
nan. num: 6. & Felin. num: 5. Sed tu distingue:
nam aut reus confiteretur ante libelli oblationem,
aut post: Si ante, non fit lris contestatio, cum ad
illius substantiam requiratur ut præcedat peti-
tio in scriptis, seu libellus, ut ostentum est supra
num: 16. & seq. Ita Specul. de lit. contest. §. *Nunc*
dicamus, ver. *Sed si reus non negat*, num: 11.
Un-

24 Notetur, num: 3. ver. *Sed tamen*. Et dicitur con-
grua responso etiam de iure, ut si petam à te
fundum, quem promisti, vel vendidisti: & tu
respondeas, non competi tibi actio, vel tibi de
iure non debetur fundus, quem tu petis: nam
cum actio sit jus petendi in iudicio, quod tibi
debetur, id est de iure, *insistit de actio in prin.*
eadem ratione & de iure si reus responso rei legi-
tima est: Quod peris tibi de iure non debetur,
secundum Innocent. hic num: 2. Hostiens. num: 5.
ver. *Hoc autem notandum*, & alios communiter.
25 Similiter congrua est responso si reus dicit, Ne-
go narrata prout narratur esse vera: quia vide-
tur responsum super toto; & ideo facta est lris
contestatio, ut notatur in l. 1. *ff. quæ. ver. ad non*
datur, & in c. *Cum ad Sædem de restit. spoat.* rece-
net Cyn. in l. 1. in 3. *quæst.* C. de lit. contest. Bald. in
d. cap. *Dudum*, num: 1. & Raphael Fulgosi. cons. 138.
in *quæstione in princip.* & cons. 160. Joannes & Go-
rus, num: 4. & ita communiter teneri testatur hic
Joan. de Imola n. 10.

Unde hoc casu non fertur diffinitiva, sed iudex precipit reo ut solvat infra certum tempus, ut l. *si pater*, §. *permittitur*, ff. de minor. & l. *si debitor*, ff. de iudic. Et huiusmodi preceptum, cum non fiat in figura iudicii, non appellatur sententia, sed simpliciter preceptum, ut notat glossa singularis in l. *cum non solum*, in §. *de necessitate*, in ver. *imponenda*, circa med. vers. *potest distinguere*, de bon. quaelibet. gloss. in d. cap. *Dudum*, in ver. *Responsionem*. Quod dicit esse mente tenendum Bald. *hic nank* 4. vers. *Aut est dandum*. Si vero reus confitetur post libelli obligationem, & sic in figura iudicii, tunc suadentur tres casus 3. Primus est quando confitetur quia non vulgare, & sic animo declinandi iudicium; & manifestum est non fieri litem contestationem, ut d. l. *si debitor*, ff. de iudic. l. *si reus*, ff. de procurator. & l. *si dominus*, §. *qui confitetur*, ff. de legat. 1. & tenent gloss. praeleg. Bald. in l. *unica*, c. de iura confessi, & *fori* in l. *num. 5*, & est ratio quia sine animo litigandi non fit litem contestatio, ut dicam infra in explicatione ultimi membri diffinitionis. Dicit enim lex, per narrationem proponam, & contradictionem obiectam fit litem contestatio, l. *rem non novam*, §. *patroni*, c. de iudic. Qui autem confitetur sine animo contestandi litem non contradicit, sed potius confititur actori. Secundus est, quando reus post oblatum libellum confitetur, sed tamen intendit litigare, quia sua interdit in causa procedere: & ad hoc dubio fit litem contestatio, l. *at qui natura*, c. *cum me absente*, ff. de negot. gest. & ita procedit textus in praeleg. l. *lulianus*, ff. de confess. ubi contra reum confitentem fertur diffinitiva, ut per gloss. in d. cap. *Dudum*, in ver. *Responsionem*, de elec. notabile exemplum ponit hic Hostiens. *num. 1* 4. ubi cum Lugduni in quadam causa libellus inepre formatus fuisset, consulit ut reus responderet, confiteor proposita in libello, sicut proponuntur, & dico petitionem fieri non debere; & ita per confessionem animo litigandi, quia sua intererat in causa procedere, fuit facta litem contestatio: & suadet Hostiens. omnes huiusmodi iuste facti, quando auferunt talem modum contestandi litem. Tertius denique casus est, quando reus confitetur, & est dubium an hoc fecerit animo procedendi in causa, necne: & Bald. in d. c. l. *unica*, tenet hoc tertio casu litem contestationem fieri per talem confessionem in figura iudicii emanatam: & idem tenet hic *num. 4* ubi dicit in dubio fieri contestationem, si reus confiteatur oblato libello, & per eum recepto, & datus inducitur deliberatio. Sed in hoc contrarium tenet Imola in l. *si dominus*, §. *qui confitetur*, ff. de legat. primo ubi dicit servandam esse mentem confitentis, si de illa conitot, sed si non conitot, non fieri litem contestationem alleg. gloss. l. *proinde*, §. *1. ad leg. Aquil.*, & in §. *suscipio*, in Authen. de exhiberi. reo, & in d. cap. *Dudum*, & hoc ipsum tenet Imola *hic*, cuius opinio verior videtur: in dubio enim reus non est credendus confiteri animo litigandi, nisi forte ultra confessionem in aliquo contradicatur, ut in exemplo Hostiensis, vel si dicat, fateor narrata, sed nondum venit dies obligationis: & hoc sequitur Felin. *hic num. 5*, & est ex mente Rotae *decis. 6 num. 1. de lit. contest. alias 374*, quae incipit, *si dato libello, in nov. ubi decidit litem con-*

testationem induci per responsionem factam ad libellum partem ipsius confitendo, & partem negando. An autem congrua sit responsio ad litem contestationem inducendam si reus dicat, credo me non debere, vel debere; vel si dicat nec scio, nec credo, vel non praesumo, vel dubito, vide hic per Marian. Socin. in 3. *quasi. princ. n. 77*, & *segg.*

37. Septimo sequitur in diffinitione verbum illud, *sequatur*; quia non requiritur responsio rei fiat parte praesente, & incontinenti post oblatum libellum, sed fieri potest etiam parte absente, & ex intervallo, ut tenent Domini de Rotae in *praeleg. decis. 6 de lit. contest.* ubi formaliter dicunt sic, (si dato libello per actorem compellitur reus ad respondendum libello, & reus respondeat confitendo partem, & partem negando, licet tempore huiusmodi responsionis rei actor nihil dixerit, vel etiam praesens non fuerit; dicebant Domini omnes litem contestationem fore factam ex utraque parte, quae sit per narrationem, & petitionem in iure ex parte actoris propositam & responsionem rei sequutam, ut in cap. *unica de lit. contest.* in cap. *Dudum, de elec.* & in cap. *Prout de dolo, c. consumat*. At in casu proposito datus est libellus pro parte actoris, in quo continebatur narratio facti, & petitio, in quibus ipse semper persistebat, atque fiebat directa responsio per reum confitendo, & negando quod sufficit per iura antedicta: ergo, &c. Dubium enim facit, quia litem contestatio nihil est aliud, quam simul testatio, fidei mentis declaratio volentium litigare; ergo videbatur quod simul, & eodem tempore deberent concurrere petitio actoris, & rei responsio, ut in l. *Confessus*, ff. de act. & obligat. Ad quod respondebatur quod dato libello actoris semper consistere videtur de animo suo litigandi, maxime instanti ut reus compelleretur ad respondendum; & sic persistendo in sua petitione haberet animum litigandi, quod sufficit. Respondendo ergo huic petitioni ita in fuit litem contestatio facta etiam simul tunc propter concurrentiam animorum, & per hoc fuit salvatus unus magnus processus habitus in partibus in quadam causa Hispanensi.) Haec tenent verba decisionis, ex quibus tria eliciuntur contra opinionem Bartoli, & Baldi in l. *unica*, c. *ead.*, & Hostiens. *hic num. 1. 2. in ver. Sed per petitionem*. Primum est litem contestationem fieri posse etiam absente parte, ex quo actor libellum obtulit, & persistit in sua petitione. Secundum est litem contestationem non vicari ex temporis intervallo inter oblationem libelli, & responsionem. Tertium est verba non esse necessaria ad inducendam litem contestationem, sed sufficere ut porrigatur libellus continens narrationem, & petitionem, & sequatur responsio: & huic opinioni adhaerent hic *Burr. num. 12. Card. num. 4. Abb. num. 7. & Felin. num. 4.* approbantes Rotae decisionem, quae ut dicit Imola *num. 13. vers.* *Et sic dicitur Domini de Rotae*, servaretur in practica propter illorum auctoritatem: licet subdatur, si non esset eorum auctoritas, quia communis opinio est in oppositum, difficile esset obtinere; & secundum Rotae decisionem testatur Abbas quasi semper se vidisse practitari Parma, ubi legitur sex annos continuos. Et quavis Marian. Socin. videatur recedere ab opinione Ro-

tae, quando actor post responsionem rei non comparere, nec prosequitur: tamen de istis dicto dubitat hic Felin. *eadem num. 4.* & merito, quia cum actor libellum obtulerit, & persistere in sua petitione usque ad responsionem rei, & sic constare perdurare in eadem voluntate, & proposito litigandi, arg. cap. *Maxores de baptis.* & consequenter iam fuerit facta litem contestatio: actus subsequentes nihil operantur. In persequerantia enim voluntatis magis spectatur initium, quam factum postea subsequutum, ut plene notavi in c. *Significatum num. 32. & 33. infra de Regular.*

39. Octavo, & ultimo sequitur in diffinitione, animo litigandi, quia litem contestatio dependet ab animo rei, ut in Authen. de exhiberi. reo, §. *illud*, & dicit Rota *decis. 2. quae incipit, si pars num. 4. de lit. contest. alias 12. in nov.* Unde litem contestatio non oritur, nisi responsio rei fiat animo procedendi in causa, & ea intentione, & proposito, ut dicit glossa *hic vers.* *Quod est ita intelligendum*, & Innocent. *num. 1. in in contestari secundum eum num. 3.* nihil est aliud, nisi testari, quia vult cum adversario litigare. Requiritur ergo, ut animo litigandi petitioni adversarii contradicatur, ut l. *rem non novam*, c. de iudic. Unde si responsio, vel negatio fiat ad jurisdictionem iudicis declinandam, exinde non fit litem contestatio, ut est textus notab. in cap. *si clericus*, & ibi dixi post Goffred. Abb. Antiqu. Hostiens. & alios, supra de foro compet. In dubio tamen ubi verba sunt apta contestationi, praesumitur animo contestandi, nisi contrarium appareat per propositationem, ut notabiliter hic dicit Innocent. *num. 1. vers. Sed ubi sunt apta*, & Hostiens. *num. 1. vers. Et bene dicitur animo contestandi*, c. *num. 2. vers. Cum nec possessiones*. Alias vero non praesumit verbalis prolatione, si litem intentio non sufficeret secundum eos: & ita repetio fuisse decisum in Rota in *praeleg. decis. 1. de lit. contest. in nov.* ubi fuit dubitatum, si reus respondendo libello negat narrata prore narratur, & dicit petitionem fieri non debere, si non addat, & dicat animo litem contestandi, an per huiusmodi responsionem fuerit litem contestata: & fuit determinatum, & conclusum affirmativè per d. leg. *rem non novam*, c. de iudic. & per l. 2. c. de iuram. calumn. & per hoc cap. & c. *Dudum, in secundo de elec.* & notata per Specul. *in tit. de lit. contest. §. 1. vers. Quod si proponuntur*, ubi decidit pro hac parte. Nec mirum, quia praedicta iura loquuntur simpliciter, & talem animi expressioem non requirunt; nec praesumitur quis verbo exprimere, quod mente non cogitavit, l. *in ambiguo*, ff. de susp. pel. legal. & cap. *in obscuris de regul. iur. l. 5.* alioquin ut subjicit Rota, simili ratione in contrariis, in ultimis voluntatis, privilegii, & rescriptis non valeret, quod heret, nisi adderetur huiusmodi animi expressio, quod esset absurdum. Pro qua conclusione faciunt ea, quae leguntur, & notantur in c. *Intelligentia*, c. *Et aerea de verbor. signific.*

44. Tertio nota per positiones, & responsiones ad eas non induci litem contestationem. Idem habetur in d. cap. *Dudum*, §. *licet autem supra de elec.* Prima ratio est secundum Innocent. *hic num. 1. in ver. Non per positiones*. Hostiens. *num. 2.*

in eod. ver. *Burr. num. 2. & Marian. Socin. num. 62.* quia in positionibus non fit aliqua petitio, quae est necessaria ad litem contestandam: nam qui ponit, nihil petit, sed factum narrat, ut Bald. inquit in d. cap. *Dudum num. 16. gloss. lra.* & *Burr. num. 3. vers. Probat ulterius*. Sententia autem debet esse conformis non positioni, sed petitioni, cap. *licet tibi de Simon.* Clemens *super §. Perum, de verbor. signific.* At quomodo posset fieri sententia absolutionis a petitione, vel condemnatione ad petita, si nihil esset petitum; cum hoc nec fieri possit etiam, ubi esset aliquid petitum, sed inope, ut in cap. *Examinata, supra de iudic.* Secunda ratio est secundum eos, quia licet ponas aliquod factum, vel d. cum; propter hoc tamen non testaris, vel non contestaris te velle litigare: ergo litem contestata dici non potest inspecta verbi significatione, a qua nihil aliud appareat non est recedendum, l. *Non aiter, ff. de legat. 3.* Tertia denique ratio est, quia positiones fieri possunt etiam ante litem contestationem, ut hic, & l. *1. ff. de interrog. actio.* secundum Innocent. *num. 1. in fine*, & *Burr. in l. litem, in fine, numer. 18. ff. Eodem*. Nam quodcumque fieri possunt probationes, ut notat glossa magna in cap. *1. vers. Sed die, quod quandoqueque, de confess. libr. 5.* Contingit autem aliquando, ut etiam ante litem contestationem opponantur exceptiones, super quibus facienda sit probatio, ad cuius revelationem hanc positiones, puta si excipiat quod actor sit excommunicatus, & sic a limine iudicii repellendus, ut declarat glossa praelegata; & consequenter per responsionem ad positiones non contestatur litem, quia non probat hoc esse, & c. l. *Neque natalis*, c. de probat. cap. *inter corporalia, de transj. Pralat.* ut per *Burr. hic num. 6. vers. Probatur ulterius*.

48. Conclusionem ut supra firmatam declarat hic notabiliter Hostiens. *num. 12. vers. Quod ergo*, ut habeat locum tantummodo in positionibus singularibus, in quibus dicit procedere hanc decretalem ponderandam litteram ibi, *quibusdam positionibus*, quali dicitur de singularibus, & pluribus loquitur. Secus vero in positione generali, ut si dicatur, Pono quod omnia quae continentur in libello, sunt veras: & reus generaliter respondeat confitendo omnia, vel negando. Ex hoc enim putat Hostiens. litem esse contestatam, arg. l. *Si tu, qui dicitur, §. Vraut, in ff. de re. du. ubi habetur*: (Si quis ita interroget, eorum quae tibi obijciuntur fecisti, ille negat: hoc exprimit, eorum quid quae obijciuntur non feci, id est, nihil eorum feci.) Haec ibi: quae dicitur, sufficit ut omnia negentur, ita Hostiens. cuius verba recitat hic Joann. Andr. & eandem opinionem tenet Bartol. in l. *unica, c. eod.* quae licet in praelis corporalibus inter famulum, & famulum non appellatur praelium, sed badalium, sed quando tota massa, & totus exercitus utrinque invicem confluit, tunc dicitur praelium; ita hic per huiusmodi positiones particulares, & responsiones non inducitur litem contestatio, quae tamen inducitur per narrationem negotii universalis, & responsionem sequutam; & sic loquitur text. in l. *unica*.

Sed oppositum sentit hic glossa nostra in fine, quae dicit litem contestationem non induci per po-

35

38

12

po

positiones, & responsiones, licet petitio fuerit oblati: & opinioem gloiz de rigore juris dicit vteriore Joan. de Imola num. 6. quam etiam dicit simpliciter sequendam Abb. num. 6. vers. Ego vero puto, ut scilicet nunquam inducatur litis contestatio per positiones, & responsiones, siue fiant generales, siue particulares, dummodo sint verae positiones. Fundamentum hujus opinionis est, quia positiones in causis usus longævus admittuntur faciliorem exitum, ut per confessionem adversarii pars relevaretur ab onere probandi, ut dicitur textus in Clem. Sape, §. Verum, de verbis signific. Non ergo sunt ad finem petitionis; & cum verba sint assertiva, seu enunciativa, effectum petitionis operari non debent, arg. cap. significavit, infra, de appell. faceret tamen Abbas contestationem fieri, si in libello actor narret factum in libello contentum, & reus respondet; & ita intelligitur textus, & Bartolum in d. l. Vetus, & ita etiam dicit posse procedere contrariam opinionem Hostianis, dum loquitur de positione generali. Secus si eam faceret per modum positionis petendo interrogati partem de veritate juramento præmissio, quia tunc intendit probare, & relevare se ab onere probandi, non autem petere. Non obstat textus noster, dum dicit per positiones, & sic loquitur in plurali. Quoniam ut observat Joan. de Imola habuit respectum ad communiter accidentia, arg. l. Nam ad ea, ff. de legib. quia communiter plures, & distinctæ sunt positiones. Præterea quamvis in principio loquatur de quibusdam positionibus, tamen ibi narrat factum, prout contingit, & habet respectum ad causam; sed in decisione secundum Abb. non se refert ad positiones particulares, sed generaliter dicit, non per positiones, & responsiones ad eas fit litis contestatio, sed per petitionem in iure propositam, & responsionem sequentem: & idem reperitur in cap. Dudum, §. Licet autem, supra, de elect. Non est igitur possibile ut positio etiam generalis contestationem litis inducat, nisi admixtam habeat petitionem; cum de substantia contestationis sit petitio, & congrua ad petitionem respondo, ut latius ostensum est supra numer. 13. & in hoc tandem relidet Marian. Socin. hic num. 62. vers. Et ex prædicta arbitror concludendum, & Joan. de Anan. num. 8. qui dicit opinionem Hostianis, communiter non teneri per Doctores modernos in l. 2. §. Sed si unus ff. de vi bonorum raptor. & in cap. Relatum, §. secundo, de testam. & sequitur Felin. num. 3. qui etiam allegat Rozam decis. 1. de testib. in antiquis, dicentem per responsionem factam ad articulos conclusivos induci contestationem litis, quia tales articuli sunt loco libelli.

32 **Q**UÆRO quid sit positio. Glossa magna, & magistra in cap. 1. de confess. lib. 6. plures recenset definitiones, Goffredus distincte sic: Positio est dictum loco interrogationis positivum. Vincentius dicit: Positio est assertio alicujus facti, vel facti, ut ad ipsum respondemus, Bartol. in l. Cum & iudices, §. Quod observari, num. 20. C. de iur. jur. Positio est alicujus particularis rei ad causam pertinentis assertio, Bald. in cap. Dudum, §. secundo, numer. 13. supra de elect. Positio, inquit, est oratio, siue propositio aliquid esse, vel non esse enuncians.

33 Sed hæc distinctiones aut non exprimunt sufficienter naturam positionum, aut sunt nimis generales, & non convertibiles prout hæc Baldi, quæ convenit etiam orationi Dominicali, & cuilibet propositioni, quæ ut generaliter distinctur Arist. lib. 1. priorum cap. 1. est oratio affirmativa, vel negativa alicujus de aliquo. Alii ut refert Archid. in d. cap. 1. numer. 1. de confess. lib. 6. sic describunt: Positio est brevis verborum formula mentem ponentis continens ad veritatem elicendam concepta; & hæc videtur approbare glossa præallegata. Sed laborat eodem vitio, quo præcedentes; & convenit etiam articulis, qui continent mentem proponentis ad veritatem per testes elicendam; & sic non est bona, cum conveniat aliis ad diffinitio, ut notat glossa & DD. in rubr. supra de Summa Trinit. & fide Cathol. Similiter Archid. in d. cap. 1. ponit suam diffinitionem, videlicet: Positio est assertio alicujus facti, si per responsionem ad ipsam pertinentem obligetur reus, & actor ad probandi onere relevetur. Verum cum positio etiam fiat per reum, incaute expressit de reo, & actore in descriptione, ut advertit glossa 1. in cap. 1. Ac præterea ad substantiam positionis non spectat, ut responsio sit pertinens, vel impertinens. Magis placet diffinitio quam ponit, & per partes explicat Joan. Monac. in d. cap. 1. numer. 1. videlicet: Positio est narratio facti nondum probati ad experientis intantum directæ, vel indirectæ spectantis, quod intenditur probari per responsionem adversantis.

34 **V**el dicit, Positio est simplex assertio facti ad causam pertinentis medio juramento in scriptis exhibita ad hoc ut per responsionem adversarii ad interrogationem iudicis pars relevetur ab onere probandi.

35 **P**rimo dixi assertio, quia positiones sunt per assertionem, ut hic, & in d. cap. Dudum, §. secundo, §. licet autem, de elect. & notat Joan. Monac. in d. cap. 1. numer. 1. de confess. lib. 6. & patet ex diffinitionibus superius relatis, & secundum gloss. l. in fine, in dict. cap. 1. & Franc. ibi num. 5. & 10. & Paul. de Castro conf. 71. Clarissimè num. 4. vers. Vento ad merita, lib. 3. Positiones hoc differunt ab interrogatoriis, in quibus interrogans nihil consistit, vel affirmat, ut ff. de interrogat. alion. per totum. Ponens autem dispositivè omnia quæ ponit, intelligitur consisti, ut in cap. al. & ibi Joan. Monac. & omnes notant, de iur. jur. lib. 6. Archid. in dict. cap. 1. numer. 1. vers. Et nota quod quilibet ponens, Lap. alleg. 120. numer. 1. in fine, vers. in ætatem, Alex. consil. 92. Viso & opportunitè in primo, lib. 5. Idque rationabiliter sancitum est: nam sicut vult actor relevari per responsionem, & confessionem reus ita vice versa contentianem est ut actor interrogans dispositivè loquatur, ut sic reus pariter inter relevetur per confessionem ad actoris, arg. cap. Non licet, de regul. jur. lib. 6. In iudicis enim inæqualitas reprobat, & paritas approbatur, cap. Cum inter Priorem, §. 1. & ibi notatur, infra, de excep. cap. 2. §. 1. supra tit. prox. Hostiens. in cap. ult. numer. 2. infra de Cler. pugn. in duet. & ideo ut dicit Archid. in cap. 1. numer. 1. de confess. lib. 6. is qui ponit, certum ponere debet, l. Si in rem, ff. de reivendic. arg. cap. De muliere, de sponsul. & cap. De simoniacis, de Simon, eodem lib. cum & cer

certum velit responsum; ut utatur eodem iure, quo vult alium uti, l. ff. Quod quisque iur. c. Cum omnes, de Const. cap. Ponderet, §. 1. dist. cap. Decreta, 2. quest. 6. Et sic potest pars petere, ut interrogationes dentur dispositivè per modum positionum; & aliter non cogitur respondere. Ita Franc. in dict. cap. 1. numer. 5. & Rota decis. 31. in cap. Voluerunt, & ordinaverunt, alias 3. de sequest. possess. & fruct. in nova, ubi decidit partem non cogi respondere, interrogatoriis principale negotium tangentibus, nisi dentur dispositivè medio juramento, & in scriptis per modum positionum, ut articuloz, & subijcit rationem superius expressam, videlicet quia interrogans nihil, sed ponens dispositivè omnia quæ ponit, consistit, ut cap. 1. & 2. cum ibi notatis, de confess. lib. 6. ergo ut non claudicat iudicium, dignum & iustum est, ut sicut actor interrogando per rei confessionem vult relevari, ita & reus per actoris interrogationem dispositivè datam relevetur, ut servetur in iudicio æqualitas. Idem tenet gloss. 1. in cap. Iudicantem, §. 3. quest. ult. & Prob. in addit. ad Monac. in d. c. 1. numer. 3: Si tamen reus ad interrogationem non dispositivam responderet, & coniteretur, sibi præiudicium inferret, ut notat Bernar. in cap. Cum causam, infra, de iuram. calumn. & Rota in præalleg. decis. num. 1. vers. hoc autem.

62 **P**ræterea dixi, assertio, quia positio debet esse assertiva, & non negativa. Rationem reddit glossa in cap. 1. in ver. Negativas, de confess. lib. 6. quia positio in locum probationis venit, Clem. Sape, Et quia, de verbis signific. Illud ergo in positione debet admitti, quod admitteretur in probatione, ut notat Goffred. in cap. Dudum, §. secundo, de elect. Sed negativa regulariter non est probabilis, ut notatur in cap. Accusator, §. quest. ult. & in cap. Bona, §. primo, §. Contra verò, supra de elect. Ergo nec est ponibilis. Item negativa positio non ponit, sed removet, ut per glossam ubi supra, & Bald. conf. 340. Statuto rapie, in fine, vers. Dico etiam, lib. 1. ubi dicit positionem debere esse affirmativam, quia positio negativa nihil ponit; unde nisi quatenus negativa habeat implicitam affirmativam, non dicitur positio, sed potius interrogatio. Et secundum Joannem Monac. in eodem cap. 1. dicit carentiam, & sic non existentiam; & non entis non sunt species, nec differentie secundum Philosophum. Sed hoc dictum Joan. Monac. impugnat Bal. in dict. cap. Dudum, num. 50. ubi ostendit differentiam inter carentiam, & non existentiam; quia non existentiam non requirit aliquod beneficium, nec subiectum; sed carentia licet: verbi gratia, ille caret oculis, & ideo debet responderi, quia negativa in subiecto semper est probabilis. Facit quod notatur in leg. 1. §. 1. ff. de iur. aduq. priv. & leg. Si in aliqua, ff. de offic. Proconsul.

68 **S**ed ut distingue ex mente Joan. And. in dict. c. 1. de confess. lib. 6. & ejusdem Baldi in dict. cap. Dudum, num. 48. Aut negativa est probabilis per alia genera probationum, aut non. Primo casu debet responderi, ut l. Optimam, C. de contr. ven. & committent. stipular. & leg. Ius gentium, §. Quod servè, ff. de Pad. unde cum negativa coarctata loco, & tempore sit probabilis: ergo omni positione coarctata responderi debet. Et hoc pro regula constituit Bald. ubi supra. Aut negativa

70 non est coarctata, & tunc subdistingue. Aut enim fit de facto ejus, contra quem ponitur, puta ponit quod non numerasti: & debet responderi, ut leg. Marcellus, ff. ver. amot. & in Authen. de Hered. & Fidei. §. Si verò absint. Bellam. consil. 33. num. 31. vers. Secundo quia, nam quamvis non sit probabilis per testes, eo quod de non ente non sit scientia, & nihil sit in probatione quod non sit in natura; tamen probari potest per confessionem partis: & magis in hoc fuit succurrendum ponenti, cum non sit una species probationis, arg. cap. ult. infra de testib. cap. 2. & cap. Ad nos, de probat. & declarat gloss. in dict. cap. 1. in ver. Non possunt. Aut fit de facto alterius, & non debet responderi: Facit l. Quiddam, ff. de donat. & l. In contrahibus, C. de non numer. pecun. secundum Bald. dicentem hoc tenere Jacob Butrigrar. & Raynerium ejus Padagogum, qui etiam transcribit ejus. Quod si positio sit mixta partim facti proprii, & partim facti alieni, similiter responderi non debet, nisi explicetur. Et quamvis forte negari posset totum, tamen tutius est propter periculum animæ, ut specificè respondeatur ad illam partem, quæ concernit factum proprium, ut per Bellam. in præalleg. consil. 33. num. 33.

75 **S**ed hodie servari debet dispositio dicta: cap. 1. de confess. lib. 6. ubi statuitur, ut Judices admittent possint positiones negativas, & etiam alias probari non possint, quam per confessionem adversarii, si æquitate suadente viderint expedire, Itaque positiones negativas juris rigor repellit, sed æquitas admittit, ut ibi notat glossa in ver. Negativas.

76 **S**ecundò in diffinitione dixi, simplex: nam positio non debet esse duplex, puta pono Testatorem facile testamentum, & lassisse mihi decem. Hæc namque sunt duæ positiones sub una, & est possibile ut fecerit testamentum, & tamen non legaverit; & ideo debet dividi: alias ejusmodi positioni non est respondendum, ut Bald. in d. cap. Dudum, §. secundo, num. 62. de elect. & Regid. Bellam. conf. 33. n. 33. ubi dicit positioni multiplex factum continenti non esse respondendum donec delectetur: & declarat gloss. in c. 2. in ver. Absque rationabili causa, de confess. lib. 6. Si tamen adversarius neget simpliciter, non videtur singula negare, sed totum universum: nam non tenetur respondens dividere, si ponens non divisit secundum Bald. ubi supra num. 53. & notatur in cap. Presentium, de testib. lib. 6. & in idem recidit, si positiones sint generales, obscuræ, & incertæ. Oldrad. conf. 263. Dominus Agidius, num. 5. Planè Bartol. conf. 153. Communis Lucignani, num. 3. vers. Super tertio, lib. 1. Idemque dicendum si sint implicitæ, &quivocæ, captiosæ, vel alternative, ut in gloss. præalleg. in d. c. 2. de quibus tamen dicit, ut plene per Bald. in prædicta Decretali Dudum, num. 24. & seqq.

79 **T**ertio dixi, facti, quia non admittitur positio juris, id est, de casu legis secundum Jacobum Butrigrarium in leg. Tria, C. eodem. & idem de casu glossæ, si desit textus; quia non est in potestate respondentis dubia juris interpretari, ut Bald. inquit in dict. cap. Dudum, num. 55. Nam quæ sunt juris communis nec sunt probabilis, & nec probanda, quia jus certum est, & per contrariam positionem, vel confessionem alterari non potest, leg. Ornamentorum, ibi, nec errorem hereditatis

mutaſſe reſponſi, ſſ. de aur. & argen. legato. S. gno-
rol. de Homodeis, conſ. 165, num. 3. Unde ſi
ponam minorem decimumquartum annis teſta-
ri poſſe, & tu reſpondeas, credo, talis reſponſio
eſt nulla, & non præjudicat, ut notat Bart. in
leg. 2. num. 13. de conſeſſ. ſ. ſ. ſecundum eum leg.
In conſeſſionibus, ſſ. de interrogat. actiõ & quod
not. C. eodem, leg. 1. ibi, niſi jus, vel natura repu-
gnat.

80 Verumtamen ſuper jure conſuetudinario, va-
let poſitio, & conſeſſio, ut per Bart. Bald. & Si-
gnorol. loci citati. Item valet ſuper jure municipi-
ali, vel aliqua extravaganti, ut per Bart. in dict.
leg. Ornamentorum, num. 3. ſſ. de aur. & argen. le-
gato.

81 Quartò dixi, pertinenti, quia poſitio non de-
bet elle impertinens, ut notat Joan. Monach. in
cap. 1. num. 2. de conſeſſ. lib. 6. gloſſ. in cap. 2. in
ver. Abſque rationabili cauſa, eodem tit. & lib. &
Bartol. in leg. Vbiunque, num. 13. ſſ. de interrogat.
actiõ. Intellige, ſi ſit impertinens omnino, puta
quod Rex eſt in Francia, ut exemplificat Bald.
in dict. cap. Dudum, num. 13. de elec. & Petr. de
Anchar. in dict. cap. 1. num. 4. vel: Peto à te
centum ex cauſa mutui, & pono quòd Rex Partho-
rorum vivit ſecundum exemplum Bartoli loco
citato. Vel, ſi agens inter d. unde vi, faciat
mentionem de proprietate, leg. Momentanea, C.
Qui legi. per ſon. Bald. in dict. cap. Dudum, num.
47. Sed ſi non eſt omnino impertinens, debet re-
ſponderi, ut tenent Jacob. de Arena, Cyn. & om-
nes in leg. 2. §. Quod obſervari, C. de jurejur. teſte

82 Bald. ubi ſupra. Dicitur autem pertinens quælibet
poſitio, quæ cauſa adaptari potelt, live ad
cauſam faciat direde, ſive indirede ſecundum
Joan. Monach. in dict. cap. 1. num. 2. de conſeſſ. lib.
6. & ibi Prob. num. 4. & Bald. in leg. Si duo, §. Item
ſuamini, verſ. ſ. vltima nota ſſ. de jurejur. Item perti-
nens dicitur poſitio omnis, quæ venit in auxi-
lium cauſæ ejus, qui ponit: & hanc regulam
ponit Bald. in d. cap. Dudum, eodem num. 47. verſ. Et
nota iſtam regulam: & eſt ex mente gloſſæ primæ
in dict. cap. 1. de conſeſſ. lib. 6. in verſ. Sciam autem.
Item poſitiones, quæ aliquod adminiculum con-
ferunt, pertinent dicuntur, ut notat Bartol. in
dict. leg. Vbiunque, num. 13. de interrogat. actiõ:
Bald. in leg. Ad probationem, la prima, C. de probat.
& ſufficit ut qualitercumque adminiculentur etiam
ex levi præſumptione, ut idem dixit in cap.
Licet cauſam, n. 33. Ex prædicto apparet, de probat.
allegat. Jacobum Butrigarium in l. Incerta, C. de in-
terdictis: & ſequitur Philip. Prob. ad Monac. in
dict. cap. 1. num. 5. de conſeſſ. in 6. Sed ſi ſtatim
83 apparet impertinens, non debet reſponderi ſecundum
Bald. in d. c. Dudum, num. 47. Sin autem
ſit dubium, & aliter requirit indaginem, re-
ſponderi debet, ſalvo jure impertinentium, &
non admittendarum poſitionum, & notat gloſſa
Bernardi in c. Cum contingat, in ver. Nihilominus,
ſupra de offic. Deleg.

84 Quintò dixi, ad cauſam, id eſt, civilem, quia
in criminalibus non ſunt poſitiones. Archid. in
cap. Ex præſentibus, num. 6. ſo. diſtinct. etiam
ſi extant iudicia ad torturam: non enim ſunt
poſitiones ſed reus per judicem interrogatur. Bal-
dus conſ. 326. Acturus petrone, verſ. Si verò reſpon-
deat, lib. 2. & ideo in criminalibus recuſans po-
ſitionibus reſpondere, non habetur pro conſeſ-
ſo.

ſo. Myinger. reſponſ. 21: num. 10. Capic. decif.
7560. num. 2. nam poſitioni criminali regulari-
ter non eſt reſpondendum, cap. Quia aliquando, §.
Item illud, ibi: non tibi dico ut te prolas in publicum,
neque te apud alios accuſes, de pœnitent. diſtinct. 2.
gloſ. in cap. 2. in ver. Abſque rationabili, de conſeſſ.
lib. 6. Jaſon poſt alios in leg. Transactione finita,
in ult. notab. C. tranſact. non enim obſceniſſimi cri-
men relevari debet ab onere probandi, ut plene
per Bald. in leg. 2. §. Quod obſervari, num. 23. verſ.
Item non tenetur, C. de jurejur. Circa quod multum
inſiſtit Innoc. in dict. cap. Dudum, ſupra de elec. &
Abb. in c. 2. de conſeſſ. Vide Gregor. Nattam in
Clem. Sapè. §. Et quia, verſ. Et gloſſa prima, col. 7. de
verbor. ſignif. ubi ponit regulam negativam, & li-
mitat octo modis.

85 Sextò dixi medio juramento, propter ea, quæ
habentur in c. Preſentium, de teſtib. lib. 6. ibi: (Re-
cepto juramento de veritate dicenda in jungas
dictis Abbati, & Priori. ut tam ponendo, quam
reſpondendo dicant verita. em.) & ideo ponens
contraria, perjurus eſt. C. cum in poſitionibus de ju-
rejur. eod. d. lib.

Septimò dixi, in ſcriptis exhibita, quia poſitio-
nes ſunt in ſcriptis offerendæ judici, ut videat an
ſit impertinens, impoſſibiles, captioſe, & c.
ut dicit gloſſa magna in c. 1. verſ. Et exhiberi de-
bent in actus, ut in d. Clem. Sapè. §. Verum, de verbor.
ſignif.

87 Octavò dixi, per reſponſionem adverſarij, quia ad
poſitiones pars reſpondere debet, non autem
Advocatus, d. cap. 1. ibi, per conſiſſionem adverſarij:
& d. Clem. Sapè. & §. Et quia, ibi: propter partium
conſiſſiones: & notat gloſſa prima in d. cap. 1. an-
te medium, verſ. Ad poſitiones autem reſpondere debet
pars. Quinimò, ut ſubjicit advocat, ſolent cauti ju-
dices tunc reſpondentes Advocatos expellere.
Quod tamen intellige verum, ſi ponens petat, ut
per ipſum adverſarium reſpondeatur, ut Praxiſ
obſervat: alioquin poſitionibus reſponderi po-
teſt tam per ſeipſum, quam per Procuratorem,
ut eſt textus in cap. 1. ibi, reus, vel Procurator ipſius,
de conſeſſ. lib. 6. & tradit. Bald. conſ. 222. Statuta
caverit lib. 1. Mulier tamen, & ruſticus reſpon-
dere debent poſitionibus cum præſentia Advoca-
ti, vel Procuratoris, ut per Joſeph. Ludov. de ſiſ.
Peruſin. 81.

88 Nonò dixi, ad interrogationem judicis, quia ju-
dex, non pars debet aliam partem interrogare
ſuper poſitionibus: textus eſt in d. c. 2. ibi, interro-
gatus, juſſu ſiſ. ad judicem reſpondere ubi gloſſa in ver.
Juſſuſque, & Franc. num. 6. In Curia ſervatur, ut
Notarius interroget ex commiſſione judicis: &
vide Surdum conſ. 360. n. 29.

89 Decimò dixi, pars, non autem actor, quia po-
ſitiones fieri poſſunt tam ab actore, quam a reo,
dicit Clem. Sapè. §. Et quia, de verbor. ſignificat.
& dicit cap. 1. ubi gloſſa magna poſt princip. verſ.
Cum poſitio etiam ſit per reum: & dixi ſupra in ter-
tio notari, verſ. Veritas denique ratio, num. 47. &
ſ.

90 Ultimò dixi, relevetur ab onere probandi,
quia ad hoc poſitiones niſi longævus admittit,
ut dicitur in dict. §. Et quia, & ſic diſſerunt ab ar-
ticulis ſecundum Joannem Andr. in cap. Preſentium,
de teſtib. lib. 6. & Bald. in cap. Dudum, ſi ſecundum
do. num. 46. de elec. quia poſitio ſit ad hoc ut ponens
per conſiſſionem partis ab onere probandi rele-
vetur.

vetur, l. Enim qui in primo reſponſo, ſſ. de jurejurat.
& dicit cap. primo, de conſeſſ. lib. 6. & notat Bar-
tol. in leg. Vbiunque, num. 17. ſſ. de interrogat.
actiõ. Articulus verò ſit ubicumque eſt necellaria
probatio. Dicitur enim articulus pars intelli-
gentiæ continens id, quòd actor probare inten-
dit, ut inquit gloſſ. in dict. cap. Preſentium, in ver.
Articulus: & hinc reſultat alia differentia: nam
teſtis ſuper articulis debet diſponere de ſcientia
per ſenſus corporeos, non autem de creduli-
tate, ut l. Qui teſtamentum, §. ſi, de teſtam. & l.
prima, in fine, ſſ. de his qua in teſtam. delent. Bart. in
leg. Quid tamen, §. Si arbitri, num. 3. ſſ. de arbitri.
& notat Cardin. in cap. Cum cauſam, num. 3. &
A. in ſiſ. de juram. calumni. At verò pars reſponde-
re potelt poſitionibus per verbum credit, vel non
credit, ut per Cardin. ubi ſupra. Franc. in cap. 1.
num. 9. de conſeſſ. in 6. & ibi etiam Prob. ad Mon-
nac. num. 10. Et quamvis gloſſa magna in dict.
cap. 1. circa finem, verſ. Ad illas poſſimudum, dicat
ad poſitiones reſponderi de veritate, vel creduli-
tate habitâ diſtinctione an de veritate, vel ca-
lumnia ſic juratum, ut in cap. 2. de teſtib. lib. 6.
& Bald. in dict. cap. Dudum, num. 11. dicat in
facto proprio reſpondendum eſſe poſitionibus
per ſcio, id eſt, veritatis verbum, ut leg. Marcellus,
ſſ. ver. amator. & leg. Res ſiſ. de crimin. expulſ. heredi.
in alieni per credo, vel non credo, cap. Cum ad ſe-
dem, in ſiſ. de reſtit. Spoſiti. tamen in præctica com-
muniter ſervatur, ut in diſtincta admittatur re-
ſponſio per verbum credit, vel non credit, ut hic
per Abbatem num. 20. verſ. Quia in poſitionibus hodie
ſufficiens eſt talis modus: & Marian. Socim.
num. 84. eodem verſ. Et reſponderi ſolet, credit ut
ponitur, vel non credit, ut ponitur. Alexand.
conſ. 13. Ex iſis que, in princip. lib. 1. Adverte tamen,
quia hæc differentia eſt nominis tantum: nam reſponſio,
quæ ſit poſitionibus de credulitate, & habetur pro
veritate in præjudicium reſpondentis, de quo
habes gloſſam in cap. Ex literis, in ſiſ. de jurejur. in ver. Veritate, ibi: (Quia
quæ præjudicat conſeſſio de credulitate, & ſic
de veritate.) Quam gloſſam ad hoc reputat ſin-
gularem Cardin. & Prob. loci citati. Bartol.
de Beleziniis in rubr. de probat. & Philip. Franc.
in cap. 1. ſupra de iudic. Idem tenet Feder. de Sen-
ſis conſ. 23. Titius electus, in fine, verſ. Secundo ſa-
teor. Bald. conſ. 225. Quæſtio eſt de terra, in fi-
ne, lib. 1. Riminald. conſ. 203. Viſo proceſſu, in
princip. lib. 2. Dec. conſ. 647. Requiritur, num. 6.
& Corneus conſ. 305. Circa primum, num. 5.
lib. 3.

91 92 93 94 95

Cæterum hoc intellige verum quantum ad
hoc ut ponens relevetur ab onere probandi, non
autem quoad hoc, ut incuratur perjurium ex
tali reſponſione, ſicut ex reſponſione de veritate,
neque quoad alios effectus, ut notabiliter de-
clarat Calder. conſ. 152. alius 4. de conſeſſ. & con-
ſentit Bald. conſ. 299. Propositur, lib. 5. ubi firmat
non poſſe inquiri de falſo eum, qui falſum dixit
per juramentum calumniæ reſpondens poſi-
tionibus. Ego verò de hoc valde dubito, quia
eum hodie communiter non fiat reſponſio, niſi
per verbum credit, vel non credit: ſicut ponens
falſum incidit in perjurium, ita & reſpondens,
ut ſic in iudicio ſervetur æqualitas ſecundum ea
quæ dixi ſupra num. 59. Ad hoc cap. ſiſ. de jurejur.
lib. 6. ubi tam ponens, quam reſpondens contra-

Præſp. Fagn. in 2. Decretal. Tom. 3

ria poſtjuramentum in cauſa præſtitum perju-
rus dicitur, nec diſtinguitur an reſponſio ſit de
credulitate, vel veritate. Hinc gloſſ. in d. cap. 1.
de conſeſſ. lib. 6. verſ. Scire tamen debes, poſteaquam
docuit Advocatum, qui docet falſum reſponde-
re, teneri adverſario illius damna reſarcire, quæ
inde perſulit, ut c. Sapè, 50. diſt. c. ult. de injur. leg.
Qui occidit, §. ult. ſſ. ad leg. Aquil. ſubdit immedia-
te; ſolent Advocatidicere clientulis, ſi hoc
conſitearis, cauſam perdes; nec dicunt, ſi ne-
gaveris, animam perdes, cap. Martham, in ſiſ.
de ſimon.

DE FERIIIS.
Cap. Capellanus.

S Y M M A R I U M.

- 1 Declaratio dubij ardui, & diſſicili circa intelligentiam Canonu à Sede Apoſtolica petenda eſt.
- 2 Matrimonium coram Parocho ſine celebri ſolemnitate contrahi poteſt etiam temporibus ab Eccleſia interdictis. & n. 11.
- 3 Opinio melioribus rationibus ſulcita eligenda eſt in concuſſu opinionum, etiam ſi oppoſita ſit communior.
- 4 Nuptiarum ſolemnitates quibus temporibus jure veteri prohiberentur.
- 5 Et quibus jure novoſiſimo Conc. Trid.
- 6 Nuptiarum benedictiones fieri non poſſunt temporibus ab Eccleſia interdictis, & eſt culpa mortalis huic præcepto contravenire.
- 7 Item prohibentur hiis temporibus nuptialia convivia. & n. 11.
- 8 Item traductio uxoris ad domum viri, etiam ſi fiat privatim, ac ſine ſolemnitate. n. 10.
- 9 Item carnalis copula. n. 11.
- 9 Nuptiarum ſolemnitates cur certis temporibus ſunt prohibita.
- 12 Toletani Concilij decretum prohibens carnalem commixtionem, & alias nuptiarum ſolemnitates temporibus ab Eccleſia interdictis, ſervitur.

CAPELLANUS. Tres ſeptimanz, quibus Canon prohibet fieri nuptias ante feſtum Joan. Baptiſte, non continentur feſto ſed intelligitur de ſeptimana Aſcenſionis cum duobus ſequentibus. Hoc dicit ſecundum Joann. Andr. & omnes. Communis diviſio. Secunda ibi, Quia igitur.

1 Nota primò ibi, Conſulti ſuimus utra iſtarum opinionum potior videatur: quotieſcumque ardua diſſicultas emergit circa intelligentiam Canonis, & utrinque ſunt opiniones, ad Sedem Apoſtolicam pro declaratione eſſe recurendum. Conſiderat c. Per venerabilem, §. Rationibus, in ſiſ. de quæſt. ſiſ. legit. ubi dicitur: (Si diſſicile, & ambiguum apud te iudicium eſſe perſpexeris, & iudicium inter portas iudicis variari, venies ad Sacerdotes Levitici generis, & ad iudicem, qui fuerit illo tempore, qui indicabunt tibi iudicij veritatem, & facies quæcumque dixerit qui præſunt loco, quem elegerit Dominus,) id eſt, K 2 Se.